



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnium
Gentium, Et || Rerum Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber XL. De Vsucapionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

nem valebit. Contra, si expresso vero, vel non addito falso, aliter fuisse princeps rescripturus. *d. c. super literis.* ¶ In q̄ questionibus ciuilibus mendacium p̄nam habet variam, pro negotii qualitate: veluti, si quis, cum ab eo resciperetur res, negant se possidere, possidere conuictus, priuatur possessione, quæ petenti adiudicatur. *l. fin. de re iudic. P.* Sic pignus possidens inficitatus dominum pignoris, priuatur possessione, *auth. siem possessor, qui potio in pign. habean. C. §. illud, de trien. & semi. in auth.* Crescit & per inficitationem damni dati æstimatio in lege Aquilia. *l. indo Neratius, §. hæc actio, ad leg. Aquil. P. l. contra. C. eod.* Mentitis ætatem minorem, eius priuilegio postea in eo nõ restituitur. *l. 1. 2. si min. se maiõ. dix. C. F. de iussor beneficium diuisionis ex epistola Cæsaris concessum, mendacio amittit. l. si dubitet, §. ita, de fideiussor.* Et mentitis super quota hereditatis, cuius est heres, in solidam conuenitur. De his qui pernitose mentiantur in accusando, & calumniæ p̄na, iam dictum in proprio titulo post accusationem, & qui accusari possunt. *l. si ex parte, & l. eum, quod cum eo, qui in alie. pos. l. 1. C. ad Senatus. cons. Macedon. lib. qui cum se, de re iud. P.* ¶ Sunt q̄ quidam, qui splendidis & magnificis pollicitationibus, quæ suo ta-

men carent effectu, officium suum quod nullum est, & simulatam apud principem gratiam pretio veadunt, quos fumi venditores dixerunt, vt Martialis. Huiusmodi erat Veronius Thurmus quidam, qui cum simularet se multum principis amicitia valere apud principem Alexandrum Seuerum, non modica pecunia clientes emungebat: qui in furo deprehensus, iussu Cæsaris, vt crimini te- spõderet supplicium, alligatus palo, viridium lignorum fumo est enectus, pronuntiante præcone, fumo perit, qui fumos v̄didit, vt auctor Aelius Lampridius, in *vita Alexand. Seueri.* ¶ Meminit ¶ Demosthenes cuiusdam legis de hac re Atheniensium, in hæc verba, *ὅτιν ὄντιν ἴσθι ἀπὸ τῶν κελύων δὸκῶντων ἐξελθὲν, ἵνα πῶς ἴσθι γῆρας πῶς ἴσθι ἀπὸ τῶν κελύων κελύων: κῆρ ἀπὸ: δὴν ἀπὸ ἴσθι, id est, Est vobis Atheniensis antiqua lex, & probatarum numero: si quis aliquid pollicendo verba populo dederit, in iudicium duci: conuictum, morte mulctari.* ¶ Adrianus ¶ libertos suos nec sciri voluit in pu- blico, nec aliqui apud se posse: dicto suo, omnibus superioribus principibus vitia impu'tas libertorum. Damnat omnibus liber- tis suis, quicunque de eo iactauerat, teste Aelian. Spartian. in *vita Adriani.*

DE V S V C A P I O N I B V S

LIBER XL.

Quid sit vsucapio. Cap. 1.

Lib. 1. Instit. tit. 6. Lib. 7. C. tit. 26. Lib. 41. P. tit. 3. Lib. 2. Decret. tit. 26. Lib. 2. Sex. tit. 13.

- 1 *Libri 40. ad 39. continuatio.*
Vsucapio acquirendi legitimus modus, & amittendi: eius origo. eod. §. num. 2. 3.
- 4 *Vsucapio, num vsus capio scribi debeat disunctim.*
- 5 *Vsucapionis finitio, adiectio domini in ea quid, & eius diuisio, num. 6. & 9.*
- 7 *Dominium num vsucapione amittatur & queratur, & num dis- rectorum. num 8.*
Prescriptio quid.

Diximus superioribus libris, quomodo negotia expeditentur per contractus & per delicta, vt que dominia rerum per contractus & delicta amitterentur, & in alium transirent, aut conseruarentur. Potitular ordo, vt ad vsucapiones, seu prescriptiões transeamus: iuris ciuilibis namque præcipuus & firmissimus acquirendi domini modus vsucapio est. *l. traditionib. C. de pact. item & alienandi, l. alienationis de verb. sig. a iure naturali seu gentium habens originem & rationes. Meminit Horatius, lib. 1. 2. episto. ad Lucium Florum.*

Quadam si credis consulis mancipat vsu.

- 2 ¶ Cicero ¶ vsucapiones vocat, ius auctoritatis, *(sic. de Arusp. res- spon. & 7. in Verrem.* Et alibi, *idem pro Cacinna.* tradit vsucapionis auctoritatem a legibus ortam. *Fundus* inquit, *a patre relinqui potest, at vsucapio fundi, hoc est, finis sollicitudinis, ac periculum litium, non a patre relinquitur, sed a legibus.* Inter Romanos vsucapio referretur ad legem 1. 2. tabul. accepta tamẽ a Græcis, testimonio Platonis, 12. de legibus. & Ilocratris, in Archidamo. Iure ciuili alio, esse etiam renouatam, & explicatam vsucapionem planum est. vt & in plerisque emendatam, §. *fin. de vsu & habi. §. 1. de vsucap. transfor.* & consequenter probatam. ¶ Neque ¶ admittenda est consequentia Senecæ, lib. 13. epist. epist. vit. *Negant Iuriconsulti quicquam vsucapi, quod sit publicum, publicum autem id est, quod tenes, & quidem generis humani.* Vnde queretur, nullam posse fieri vsucapionem, si admitteremus publicum esse quodcuque possidemus. Quod nunquam dixerunt Iuriconsulti, sed rerum alias publicas, alias vniuersitatis, alias singulorum constituerunt. *l. 1. & 2. l. in tantum. de rer. diuis. P. §. 1. 2. 3. eod. tit. ap. Iustin.* ¶ Vsucapionem ¶ quidam contendunt scribi debere, vsus capionem, interiecta litera s. quemadmodum & pignoris capionem, secundum A. il. Gell. 7. c. 10. disuncto vocabulo. Quod tamen non placet. Nam hic nou capitis vsum per vsucapionem, sed vt vdo possessione dominium. *l. 3. de vsucap. P.* non vsucapere dicimur. Vtus incorporalis est, quia seruitus: & ideo capionem potest, nec tradi, possideri, nec vsucapi, vt ait Gaius. *l. seruis. 4. §. incorporales, de acquir. rer. dom. P. idem in l. possideri, de acq. poss. P. l. seruitus. 14.*

de seruitus. tit. gener. Proinde argumentari a pignoris capione ad vsucapionem, claudicat in substantiali differentia, vt a separatis & contrariis, probatio. Pignus quippe cum a pugno dicatur quo capitur, corporalis res est, & que tradi & capi potest. *l. si rem. §. 2. de pign. actio. P. l. si plures, §. si pignus, de verb. sign.* Et Paulus Iuriconsultus vtrumque exemplo docet: *Pro emtore possidet, inquit, quire vera emit, nec sufficit tantum in ea opinione esse eum, ut putet se pro emtore possidere, sed etiam debet subesse causa emtionis.* Si tamen existimans me debere tibi ignoranti tradam, vsucapies. *Quare ergo & si putas me vendidisse, & tradam, non capies vsu.* Videmus ibi dictum, non capies vsu: non autem, non capies vsum. Sic Papinianus, in *l. in isto errore. 4. 4. §. si possessionis, de vsucap. P.* non minus capietur vsu puer, dixit, & d. *l. in isto, §. filius. cur non capiat vsu, & c.*

¶ Definitio ¶ vsucapionis traditur a Modestino, *Modest. l. 3. de vsucap. in P.* Vsucapio est acquisitio vel adiectio domini per continuationem possessionis, temporis lego definiti. Quibusdam non placet finitio hæc, tanquam que minus videatur continere, quam definitum, vt existimas Paul. *Cast. r. ad d. l. 3. de vsuca.* Mihi sufficiens videtur, vt aliam non requirant. Obseruandum tamen in aliquibus excussis codicibus, expunctam vocem, *acquisitio*, sed perpetuam: estque hæc vocula necessaria, vt pote quod docuerimus vsucapionem esse speciem modi acquirendi. Reliqua vero, quæ adiciuntur a Modestino, formam & materiam exprimunt.

¶ Adiectio ¶ domini, demonstrat ius fuisse aliquid vsucapienti ante possessionem continuatam, sed non perfecte. Nam si prescribens seu possessionem continuans, nullum ante continuationem possessionis habuerit ius, nullum ve titulum, nullo tempore prescribit, *l. si quis emtionis, §. 1. ver. si vero, de pres. 30. vel 40. ann.* Et sic finitio tria explicat implicite, quæ Castrensis sua finitione voluit supplere, titulum, bonam fidem, & possessionem. Adiectio titulum, tanquam subiectum cui fiat adiectio, indicat. Non enim potest adici ei, quod non est: nec esse potest cui adiciatur, nisi per titulum, ratione cuius quis se dicit possidere bona fide, vel vera vel presumta. Si enim mala adesset, titulus non daret vim negotio male fidei, quia nec is consideraretur, quia nullus, *l. quoties, qui satis. coga. P. cum similibi. not. P.* ¶ Alii ¶ quando ¶ tamen olim ¶ p̄prietas nõ acquirerebatur, sed iuris auctoritate, possessione perfecta tẽpore defendebatur. Ideo auctoritas dicebatur ius defendendi rem per vsucapionẽ. Ita Cic. in *Topio. vt vsu auctoritas biuinium est, sic ergo adsum.* Et alibi, *idem 1. Officior. aduersus hostem æterna auctoritas esto.* Et in lege Attilia seu Attinia, *Quod subreptum erit, eiu rei auctoritas esto.* Id est, nunquam nisi post æternitatem prescribatur, vt docet Aulus Gellius, lib. 17. cap. 7. Vel repetendi rem furtiuam, si perpetua licentia. Non enim furtiue res, lege illa prohibente, prescribi poterant, priusquam reuerse post furtum fuissent in domini potestatem. *Paul. l. 4. §. quod autem, de vsucap.* Interpretatur & auctoritatem, actionem Venuleius. *l. fin. de iur. i. c.* Explicat Francisc. Balduinus, in *explic. c. 10. §. 1. l. leg. 1. 2. tab. Alciatus, in comment. de verbo, signif. ad leg. quæsto est, l. 115.* Hodie tamen.

nomen, non secus quam traditionibus & vscapionibus, dominia
 eorum transferuntur, *l. traditio: omibus, C. de pact.* Ex auctoritate quippe
 iuris civilis, vel secundum eius regulas, dominia mutari possunt,
 & ab uno in alium transferri, & addici, *c. quousque defendis, 8. dist. 1. eum qui ades, de vscap. P.* vt ex præscripto eius, seruus cui libertas
 est in testamento domini relicta, si non adeatur ex eo hereditas, vt
 conseruet sibi libertatem relictam, petere potest sibi hereditatem adici, §. 1. *de eo qui liber. cau. bon. adiec.* ¶ Dominium
 ¶ porro, quod diximus per vscapionem quæri, interpretatur, omnis
 inter pretum pugnis, de directo: quia Modestini finitio *l. 3. de vscap. P.*
 meminit simpliciter de dominio, quod intelligitur directum, *l. si ager vectig. vel emphy. per. P.* Quod firmat lex, *l. vni. de vscap. transfor.* C. quæ tradit vscapione perfectæ, non posse antiquum
 dominum vilo remedio rem repetere. Et ita qui vscapit præscriptione, potest
 petentem submouere a litis ingressu, *l. licet. l. lomo, de prescri. 30. vel 40. ann. C.* cum non minus videatur alienare
 qui vscapi rem suam permittit, quam qui expresse ditrahit, *l. alienationis verbo, de verb. sig. P.* Et proinde recte dictum est, vscapione
 nos res nostras facere, *l. qui fundum, 7. §. si. pro emt. P.* Ita & Iustinianus probat,
 dum loquitur de edicto Adriani tollendo, *l. fin. de edict. Diui. Adri. tom. lib. 6. C. tit. 33.* & mittendo in
 possessionem, non obstante cuiuscunque temporis curriculo. Nisi tantum
 temporis, inquit, effluerit, quod possit vel possessori plenissime securitatem
 super dominio prestare, vel ipsi qui missus est omnem intentionem
 excludere. Et rursum alibi, *Auth. nisi tricennale, de bon. mater. lib. 6. C. tit. 59.* Nisi tricennale tempus transeat, quo possessor
 dominus sit. Suat & alia iuris responsa, quæ idem asserunt, vt *l. si aduer. vscap. C. l. si finit, §. si de vectigalibus, de dam. infect. l. eum qui ades, de vscap. l. acquiritur, §. non solum, de acq. ver. dom. P. c. l. siml. l. 1. §. 1. de anna. excepti.* Et ita quoque notat Boer. *decis. 344. nu. 3. §. 6.*
 Et quamuis aliqui putent obligationem naturalem non tolli per exceptionem
 statutaræ præscriptionis tunc potestatis, tamè consentiunt tolli
 ciuilem: de quibus vide Challanæum, in §. 8. ad verba, de *toutes choses, num. 20.* vbi citantur plures interpretes, *tit. de forest. & pasturages, & rimeries* in consuet. Burgundie. Vide &
 de hac questione, num. dominium quoque ratatur ex præscriptione in rebus
 immobilibus, sicut in vscapione in mobilibus, gloss. ad §. ex his modis, ad
 verbum dominia, de vscap. apud Iustin. ¶ Diuiduntur vscapiones, in eas
 quæ mobiliæ, & quæ immobilium sunt rerum: illas proprie dici
 vscapiones, has vero, præscriptiones contendunt, *Acour. Bart. & alii in l. 2. C. in quib. cess. lon. tem. prescri. §. in seruorum, vbi tamen hæc confunduntur.* At ego opinor
 vramque appellationem ad res mobiles & immobiles pertinere, *quare, l. nunquam, l. furium, de vscap. P.* Verum probo
 Oldradum sententiam, significatione propria vscapionis nomen referri ad
 vscapionem rerum mobilium & immobilium: præscriptionem vero pertinere
 ad res excipiendi, vt in rubrica de diuersis & tempor. prescrip. vt
 præscriptio temporalis sit species exceptionis, *l. pen. de excep. lib. 4. §. 4. P. tit. 1.* quia quis ratione
 vscapionis excipit contra petitionem rei ab alio factam, siue ea sit
 immobilis, siue mobilis, *l. 3. de diuer. & temp. prescrip. lib. 4. §. 4. P. tit. 3.* Species
 porro seu distinctiones aliæ verius vscapionis constitui possunt, ratione
 diuersi temporis, vt in tempore, inferius Deo fauente, enumerabimus.

De rebus quæ vscapi possunt, vel non possunt. Cap. 2.

- 1 Vscapi que res possunt. Et que non vscapiantur, num. 2. 3. 4. &c.
- 5 Regia iura que prescribi possunt, & que impræscriptibilia & 6.
- 7 Tributa an prescribantur contra principem.
- 8 Dimisores quando censentur, & quomodo vscapiantur.
- 9 Que non prescribantur, & contra, 10. 11. 12. 13. 15. 16. 17. 18. & 20.
- 14 Prescriptibilia quedam iure Codicis, que impræscriptibilia iure Pandectarum.
- 15 Dimissoria liere ad ordines a quibus ex privilegio conceduntur.
- 16 Prescribendi facultatem qua clausula in contractu posita impediunt.
- 17 Vscapioni pacto an renuntiare possit.
- 18 Omnes res in summa vscapibiles sunt corporales, nisi lege aliqua vel ratione speciali prohibeantur: incorporales autem, pete neque traditionem, neque vscapionem admittunt, *l. seruus, §. incorporales, de acq. rer. dom. l. seruus, §. 14. de seruus. tit. 1.*

gener. P. Prohibentur porro vscapientes sanctæ, publicæ, populi
 Romani, ciuitatum liberarum, liberi homines, leg. vscapionem,
 cum similib. ibi per gloss. nota. de vscap. P. §. sed aliquando, eod. tit. apud
 Iustin. *l. 1. 2. 3. tit. ne rei domin. vel templo. tempo. præscri. submo. lib. 7. C. tit. 38.* Explicat glossa res im præscribitiles, & adfert iura,
 quæ casus probant, in c. cum non liceat, de præsc. Quos in versus
 sequentes coniecerunt.

- Hofis, schisma, minor, confinia res sacra, dotes,
- Ecclesia neruus, laicis res spiritualis,
- Vscio coniugium, via publica, liber, obedit,
- Functio, res psci, publicum ius, de repetendis,
- Si vacat ecclesia, suspensio, sub patre natus,
- Vxor, conditio, si res non possideatur,
- Res pupillaris, his atq; peculia iungis,
- Impedimenta vetera, hæc ne prescribere possit.

¶ His t adde, nunquam superficiem absque solo vscapi posse, 2
l. nunquam, & l. eum qui, de vscap. P. Neque res furtiuas, nisi ipse
 redierint prius in potestatem domini scientis, propter prohibi-
 tionem legis Atiniae, & legis 12. tab. *l. 4. §. quod autem, & §. Labeo, & seq. §. l. si fur. & l. non solum, de vscap. §. furtiuæ, & §. adeo, eo. tit.*
 Estque regula, rerum vllarum non esse vscapionem, ex quibus
 furti nomine agi potest, *l. si homo, 33. de vscap. P. l. fin. de solution. l. qui fundum, §. si tutor, pro emtor.* Lex quoque duodecim tabul.
 vestibulum præscribi non permittit, & in eo tunc ius sepulcro-
 rum, *Cic. 2. de legib. Res t viui pro herede non vscapitur, l. 1. pro hered. in P.* Nec vna res pro alia vendita tradita, *l. 3. §. cum Strychum, pro emto. in P.* ¶ Ex lege t Caroli Magni, seruus fugitiuus potest 4
 domino sine annorum præscriptione repeti, inter Alemanos &
 Francos: referuatur autem vsus iuris proprii Longobardis, & Ro-
 manis, in consuet. Carol. Magn. in cap. de his qua addidit Car. Magn. *de legib. Longobard. ca. 8.* ¶ In t Gallia, domanii seu domini regis 5
 ius, nulla præscriptione potest vsurari. Ideo si distractum sit, red-
 hibendi ius regi & successoribus perpetuo manet, & si agitur de
 iure regio supremæ, vt liquet ex constitutionibus Francisci I. anno
 1539. regis, de l. alienation du domaine du Roy, & du domaine, *c. cum non liceat, de prescrip.* In istis quamuis ius ciuile permittat
 40. annorum præscriptionem, *l. comperit, de prescriptio. 30. vel 40. annor. C.* ¶ Præscribi t autem posse alia iura, quam superioris do-
 6
 minii placuit, vt ius restituendi sparios natalibus, & belliones crea-
 andi, & id genus: instituti vendigalia, sciente & patiente prin-
 cipe, *l. super quibusdam, §. præterea, de verb. sign. Panorm. consil. 18. vo- lum. 2.* Basilium tamen iunior Porphyrogeneta, Imperator Orientis, statuit
 fiscum nullo temporis spatio excludi, sed ab Augusto principe ius suum
 reuocari, & suas probationes ad id recuperandum adferre posse, in
 consuet. iur. Orient. lib. 1. in consil. ut eius 4. tit. xxi. *et ei reuocatur in arius, de prescrip. 40. ann.* ¶ Placuit t & iure ci-
 7
 uili, vt tributa, quæ in recognitionem superioris domini & principalis
 penduntur, non possint præscribi, *d. l. comperit, de prescrip. 30. l. si de fun. pater. l. ii. C.* Non enim licet a capite membra disce-
 dere, si velint viuere, & hoc ius præscribere, *ca. cum non liceat, de prescrip. c. nulla, 93. q. 2. de paroch. & alien. paroch.* Omnis potestas
 potestatis sublimioribus subda esse debet, *ca. 2. de cens. c. cum magnum, 11. quest. 1. ad Roman. 13.* Vtque apes, ita homines vnum
 reuereri debent ducem, *c. in apibus, 7. quest. 1.* Et qui noluerit su-
 perioribus obedire, ex decreto iudicis morte moriatur, *Deuter. c. 17.* Et enim
 sempiterna lege naturæ receptum est, inferiores obedire debere superio-
 ribus, *Dionys. Halicarn. in 1. l. posterioris gradus, de off. reit. prou. C. l. 1. §. denique, de aqua plus. arden. P.* Idcirco autem
 tributa præstantur, vt eam quam debemus superioribus obedientiam
 profiteamur, *c. 2. de cens. ad Rom. 13.* Neque quæ debentur
 episcopis vel aliis prælatis obedientiæ testandæ causa, vilo tempore
 præscribuntur, *c. accedentes, c. cum ex officio, de prescrip.* Neri reipubl.
 sunt illa tributa, quæ si non præstantur, futurum est breui collapsuram
 rempublicam: cum ea, vt plerunque in stipendia militum, quibus pacata
 ab hostibus sit, impendantur. Vnde licite exiguntur, & in ste vt
 soluant subditi coguntur, *c. August. contra Faust. Manich. c. 7. 4. c. quid culpatur, 23. q. 1. c. tributum, 23. q. 8.* ¶ Agitur
 aliquando fuit controuersia, num loci vel coheredes, 8
 rem in diuisam comunem pro diuisa possidentes, possint spatio
 10 vel 20. an præscribere, vt eam postea cum aliis non teneantur
 diuidere. Et tandem distinctio placuit, *Boer. decis. 58. vt si quando
 fratres & confortes æquis portionibus bona possederunt pro diuiso,
 tunc præsumatur inter eos facta diuisio: & ita intelligenda esse gl. Bar. Bal. Pan. de Cast. Alber. de Rosa. & Salyr. ad d. l. si mator
 facit, l. si filius, C. de petit. hered. l. qui in aliena, de acq. heredit. P. l.*

si maior, C. com. in diuidum. Si separatim enim socii agere cœperint, & vnusquisque illorum sibi negotiatur, sine dubio ius societatis soluitur, l. itaque, pro soc. P.

9 Verum tibi nulla est possessio fratrum vel aliorum pro diuiso, non posse induci prescriptionem per 10. vel 20 ann. vel alia prescriptione minore triginta, Bart. Bald. Alber. & alii predicti, per tex. in l. forum communem, C. familiaris, l. 3. in quib. cau. cesslon. temp. presc. C. l. hereditatem, C. cod. tit. Nam si per minus spatium vnus ex fratribus aliis permittentibus possederit, & adimistraverit bona patris defuncti, illi non videntur renuntiasse portioni propriae: contra autem excluduntur 30. annis, Bald. & gl. in l. lices, C. de iure del. gl. in l. quando, in 1. de acq. her. P. Quod adhuc tamen quidam intelligunt, verum tantum in iure ad eundem & petitionis hereditatis, quæ competit extraneis, vt id ius 30. annis prescribatur: non autem si agatur de hereditate suorum, vbi minus tempus & duplex, pro iure inmissi onis exigitur, Fel. in c. de quarta, ver. & scias, quod de presc. Basilus Imperator Orientis in iur. Porphrogeneta, constitutionem edidit, vt si inopes potentiorum iniuriis oppressi fuerint, non repellantur 40. annorum prescriptione, neque vllas valere prescriptiones, que iniuste & fraudulenter inducæ fuerint, lib. 1. iuris Orient. in const. 4. Basil. in. ii. xxi. r. r. r. r.

10 Quæruatur. Neque tibi fructuarium, vt ait Dioclet. & Maxim. l. neg. fructuarium, 8. C. de usufruct. lib. 3. C. tit. 33. ad obinendam proprietatem rerum, quarum usufructum habet, neque successores eius, vlla temporis ex ea causa tenentis prescriptio munit. Item Paulus tibi respondit, l. si. ad l. Pomp. de parricid. P. Eorum, qui parricidii

11 pena teneri possunt, semper accusatio permittitur. Et tibi Marcellus, eum qui per vnus itapram mari vel feminae intulerit, sine prescriptione temporis quinquenti accusari posse, dubium nõ esse dicit, l. 1. de iur. iur. 2. q. si. ad l. l. de adul. q. Placuit & accusationem suppositi partus, nulla temporis prescriptione depelli: nec interesse, decesserit nec ne ea, quam partum subdidisse contenditur, Pau. l.

12 qui falsam, 19. ad l. Cor. de fal. P. Notandum tamen obiter, quædam dici iure Pandectarum & iure Codicis antiqui imperceptibilia, quæ aliis legibus prescribi dicuntur duplici ratione: prima, quod quædam minori prescriptione prescribi non possunt, quæ tamen longissima, vel immemorabili prescribuntur, ita intelligitur, in qui. cau. cesslon. temp. presc. lib. 7. C. tit. 3. & tit. 35. quibus non obicit long. temp. presc. l. omnes, l. licet, C. de presc. 30. vel 40. an. Alia, quod quædam iure nouo Codicis prescriptio 30. vel 40. ann. inducitur, que incognita fuit antiquis iuris prudentibus, gl. in l. Julianus ex qui. cau. maior. Cap. ad tract. de v. s. ap. pro em. num. 8. vt dicemus Deo facte, paulo post in temporibus vsucapionum.

13 Proprietatis tibi vsucapione non prescribitur vsusfructus alteri debitus, l. locum, §. proprietatis, de vsufruct. P. l. de vsufruct. leg. l. in 16. §. non mutat, de vsucap. P. Nec tibi vsucapio pro euntore, vel pro herede superueniens, mutat quo minus pignoris persecutio salua sit. Vt enim vsufructus vsucapari non potest, sic nec persecutio pignoris quæ nulla societate domo coniungitur, sed sola consuetudine confutitur, vsucapione rein non permittitur, l. iusto errore, 44. §. no mutat, eod. l. 1. §. cum prædictum, de pignor. P. l. vsucapio. C. de. Nam facte seruitutes, & quæ prescribi possunt, dictam iam a nobis etiam tibi, lib. 4. ca. 21. in 1. par. istius Syntagm. ideo non repetam. Copiose, & fortan pluribus quam par sit, examinavit hanc quæstionem, & simul alteram, num iurisdictiones prescribi possint, Longouallias in l. imperium, in 4. parte, de iurid. om. iud. quem consulite. Rei

14 tibi que quoque vsucapio non valet, l. nou. solum 33. §. si rem tuam, de vsuca. P. q. Vfsitationis tibi potro seu procuratoris prescriptio nõ in obrineat, conclusum est, eam vfsitationem vsucapionem posse, que iuris est communis: aliam vero, quæ ex priuilegio est, vel ex consuetudine, posse, in decis. Cap. T. hol. 33. 2. per DD. in c. cum ex officio, de presc. l. quid. de monte Laud. in cle. i. de cens. Comperit namq; & ex consuetudine prescripta, vt prælati inferiores possint inter sibi subditos immediate quædam agere, quæ prælati superioribus iure communitantum conceduntur: vel uti, vt cœcedant clericis sibi subditis literas dimissorias ad consequendos ordinis gradus, gl. in c. cum nullus, §. inferiores, ad ver. indultum, de temp. ordi. in 6. & ibi Ar. bid. & Jo. And. gl. in c. episcopum, 9. q. 2. in decis. Cap. pol. Tholos. 4. 20. Quæ tibi sunt tamen facultatis, imperceptibilia sunt, gl. pen. in c. prius. Fel. in c. cum accessissent, 11. col. de constit. Sic Maluerius quoque, in praxi tit. de præle. §. 19. Item aduersus ius facultatis, inquit, non currit prescriptio, aut saltem si casus non euenierit. Quod per exempla persequitur, & addit, nisi præstiterit contradiçtio, quæ cum lapsu temporis absorbet vniuersale ius domini. Sicut & ea in quibus dicti, vt non obstantia vlla prescriptione obtineant.

Nam autem clausula illa extendatur ad longissimam vsque prescriptionem, & an locum habeat in ea, vide disputatum per Bart. Chaf. ad §. 18. ad verba, non obstant quelque laps de temps, nu. 1. 2. 3. des droitz appartenans a gens mariez, in consuet. Bu. q. Traditur autem, clausulam appositam in contractu, vel in testamenti legato, vt toties renouetur actio, quoties prescriptum fuerit, rem redere imperceptibilem, Bal. in l. ipis rerum, ver. sed nunquid econtra, C. vi. in pos. leg. tex. in l. si cui in annos, qui. mod. vsufr. am. Boer. decis. 328. n. 5. nam ibi finis vnus temporis, est principium alterius iuris. Hincq; sequitur explicatio clausulæ, quæ apponitur in libellaribus contractibus, vt detur res in locatione de viginti nouem annis in viginti nouem, & sic in perpetuum, ex qua fit res imperceptibilis. In iure quoque debitore non posse prescribere responsam est obligationi, si iurauerit eam obseruare, l. tam & postea, §. si is qui temporalis, de iur. iur. P. & ibi Bar. Bal. Alex. Alb. Ang. Quod tamen in Gallia locum non habere explicat Boetius, deci. 329. nu. 5. Pluribus autem idem, deci. 182. nu. 5. 6. 7. 8. docet, quæ dicuntur per prædictas clausulas imperceptibilia, intellige tantum de prescriptione 10. vel 20. ann. non de 30. annor. lapsu, quo prescribi possunt. Quemadmodum & pactum de retrocedendo toties quoties & in perpetuum, Boer. decis. 182. nu. 1. 2. 3. obicitur aliis Doctores. Quibus tamen est inter interpretes, an vsucapionis pacto renuntiare possint: & Bar. quidem in l. de vsufr. P. exagitant & hanc quæst. Bar. Alex. Ale. sub rubr. de presc. non valere conuentionem ait, qua cautur, vt nullo tempore currat prescriptio, quia ea bono publico introducta est, ad l. de vsuca. & ius publicum pactis priuatorum lædi non potest, l. ius publicum, de pact. P. l. nemo, de leg. 1. c. quod omnes tangit, de reg. iur. in 6. c. coniungit interdum, de sent. excom. in 6. 2. In odium negligentium vsucapio, c. vigilanti, de presc. & proinde renuntia ei a contrahentibus non poterit, l. tamen, & ibi gl. ad SC. Maced. P. Eunt & postremo eius sententia comprobatoris, vsucapio fieri fortiore esse pactis: nam per eam finit, quæ pacta efficere nequeant: pacto enim effici nequit, ne res communis non diuidatur, l. in hoc, §. si conueniat, com. dis. id. Quod tamen vsucapio facere potest, l. vni. §. ad hoc, de annal. excep. C. item pacto, suado communi acquiri seruitus non potest, l. vnus ex sociis, de seruit. urb. præd. P. & tamen vsucapione potest, l. sed est inter re. eod. Ergo, in quantum pacto vsucapio non poterit renuntia. Maluer. in praxi, tit. de præle. §. 24. existimat illam resolutionem forte veram esse, cū agitur de prescriptione rerum immobilium, secus in debiti prescriptione. Ergo autem arbitros, pactum quidem ne liceat alicui contrahenti prescribere, vt iam diximus de clausulis impeditibus vsucapionem, valere & impedit ratione promittentis prescriptionem: non autem quominus alius prescribere possit. Quia quod pertinet ad pacificentem, dominum incertum dici non potest, cum is sciat vel scire possit, semper alteri reseruati pacto, quod tamen in aliis non pacificentibus cessat, l. rescriptum, u. de pact. P. Et quamuis leges bono publico late fiat, c. erit autem lex, 4. dist. 2. de legib. P. nemo tamen ambigit illas renuntia posse a nobis, in quantum in nostrum fauorem facere videntur, l. si quis in conscribendo, C. de pact. Ergo & vsucapionibus, quas implere possemus, in quantum nostra interest: non in quantum publice interest. Et ita tollitur prior contrariæ sententiæ ratio, & 2. quia & si in odium negligentium inducitur, tamen in fauorem vsucapientium quoque erit, & illi fauori renuntia poterit. Leuius autem est postremum administratum, quam solutionem mereatur: cū non sequatur ex eo, quod in quibusdam habeat locum pactum, in quibusdam non habeat vsucapio. Ideo, in omnibus fortiore est vsucapionem pacto, vel pacto perfici non posse, vt ea non sit: hoc enim, vt in prouerbio est, extra chorum.

De personis, quæ vsucapere possunt. Cap. 3.

- 1 vsucapere potest qui non prohibetur.
2 vsucapari non potest res precaria alieno nomine possessa, pignus proprietatis ab usufructuario, vbi deiciens, qui non potest sibi acquiescere.

Quicumque non prohibetur vsucapere potest, si acquirendi dominium habeat potestatem, pater familias, filius familias, infans, pupillus tutore auctore possidens: & si animum habeat possidendi, sine tutore: furiosus, si ante furorem cepit possidere, non tamen seruis pro herede, l. si item aquirimus, ver. igitur, de acq. poss. l. si seruo, 28. l. in 10. 44. §. si iusfam. & l. sequitur, de vsucapion. in P. cum simili. ibi not. qui excipitur. Vt tibi & is, qui precario possidet,

possidet, non præscribit eandem rem, *ca. quia agnovimus*, 10. q. 3. neque colonus quæ alterius colit, *l. male agitur, de præscrip. 30. vel 40. annor.* non qui alieno nomine possidet, vt & conductor, *c. clericus*, 16. q. 1. c. *urgiam*, de præscrip. s. *sed bonafides, per quas pers. nob. acq.* non vsufructuarii proprietatem, s. *fructuarius, eod.* non creditor pignus, *l. nec crediores*, 9. de pignor. acti. *C. l. pigno. de vsucap. P.* Qui vitia a possessione deicit, eam non potest vsucapere: quamuis alius qui vim non commiserit, possit vsucapere, *l. 4. §. si tu vis, & l. non solum, §. si dominus, eod.* Et in summa, qui capax non est acquisitionis, vsucapere non potest: cum vsucapio sit species alienationis, *l. alienationis, de verb. signif.* & in omni iusta alienatione pro duobus extremis exigatur capacitas alienantis & acquirentis. Vt neque pro here de poterit vsucapere, qui fæctionis testamenti capax non est, *l. si pro herede, in P.* Sic laicus, qui incapax est possessionis & acquisitionis rerum spiritualium, puta decimarum, eas nullo tempore vsucapere potest, *c. causam que, 7. de præscrip.* Seruus suo nomine, quia ab alio possidetur, possidere non potest, *in l. si ceneris, ad l. l. de adul. nec vsucapere, l. qui in seruitute, 161. de reg. iur. P.* alieno potest alteri & possidere, *l. qui alieno, de acq. poss. P.* & ignorant in cuius potestate est vsucapere, *l. 2. §. Celsus, pro sol. in P. iuxta l. quod seruus, de acq. poss. P.*

De possessione, qua requiritur in vsucapione. Cap. 4.

1. Vsucapio exigit possessionem, titulum, bonam fidem.
 2. Possessio basis vsucapionis, & dominii: hæc civilis & naturalis esse debet.
 4. Incorporalia quomodo præscribantur quasi possessione. & 7.
 5. Seruitutum quæ causæ continuata, & discontinuata: & continua quomodo distinguenda. & num. 6.
- V**sucapio, vt actus reliqua iure introducti habent propriam formam, secundum quæ fieri debent, vt efficaces sint ac subsistant, habet & pro substantiali formula possessionem, eam definito tempore continuatam, titulum, & bonam fidem. **B**asis & princeps causa vsucapionis, est possessio: quia sine possessione, non procedit vsucapio, *l. sine possessione, 25. de vsucap. P. c. sine possessione, de reg. iur. in 6. l. qui in seruitute, eod. tit. P.* Et dominium primum cœpit a possessione: cum enim vacua res essent, possessoribus primo occupantibus cesserunt, *l. 1. de acquir. poss. P. l. ex hoc iure, de iust. & iur. P. Harmenop. lib. 2. P. rom. iur. tit. 1. Nos in 1. par. Synagm. lib. 1. cap. 13. plura, de hoc & de utraque possessione, civilis & naturalis.*
- D**ebet tamen esse possessio, & naturalis & civilis, *l. non ambigua, de acquir. poss. C.* quæ omnium ad præfatorum silentio confirmetur, & nulla n. habeat interpellationem seu interruptionem, nec physica sola sufficit, *l. improba, eod. l. male agitur, de præscrip. 30. an. l. acquiritur, §. si, de acquir. rer. dom.* neque civilis tantum, *l. cum heredes, de acquir. poss. quia si vna interpellatur, altera non sufficit.* Quod vt intelligamus, præponendi sunt modi amittendæ possessionis civilis vel naturalis: & poce quod quis simpliciter de possessione deiciatur re ipsa ab eo, qui ius n. n. habet, interpellatur possessio naturalis, & interruptitur vsucapio, & si civilis non interpellatur, *l. naturaliter, de vsucapio.* Sic si interpellatio fit possessionis civilis per litem & vocationem in ius, quamuis detentio vel possessio corporalis seu naturalis non interpellatur, tamen interruptio fit vsucapionis seu possessionis, *l. cum notissimi. Cod. de præscr. 30. vel 40. anno.* quæ tamen civilis interruptio prodest interruptenti, non alius vt naturalis, *vide p. post calum. ad c. sine possessione, de reg. iur. P. Sed & 2. in hac possessione exigitur, vt qui possidet, capax sit possessionis quærendæ: nam vt in præcedenti capite diximus, qui est incapax possessionis, est & vsucapionis, vt in *c. causam, de præscrip. P.* possessionis etiam capacitas vtriusque esse debet, & civilis, & naturalis: & ita qui naturaliter tantum possidet, & nomine alterius, non præscribit sibi, vt si precario, pignoris nomine possideat, *l. si seruus depositus, 22. de noxal. actio. lib. 9. P. tit. 4.* Concurrat insuper hic cum factio corporali animus, vt quis arbitretur se ita possidere & vt suo iure, & vt sibi acquirat: alioquin enita possidens rem vt alienam, nunquam præscribit, *l. qui iure familiaritatis, 41. de acq. poss. P. l. si quemad. seru. amittit. lib. 8. P. tit. 6. l. si opus, §. si iussero, quod vi aut clam, P. l. 1. §. aristo, de aqua quot. & est l. 2. §. Celsus, pro em. l. licet. C. de acq. poss. P.* Qui alieno nomine possidet, eidem præscribere potest, *c. clericus, 16. q. 3. c. si diligenti, 17. de præscr. c. cum venissent, de res. spol. l. quod meo, de acq. poss. l. 3. quemad. seru. amitt. P.* Quod t. autem operatur possessio*

corporalis in rebus præscribendis corporalibus, id ipsum operatur quasi possessio in præscribendis iuribus & incorporalibus. Sic ius electionis dicitur præscribi, *c. cum ecclesia, de caus. poss. & proprie.* quamuis incorporale. Incorporalia namq; non possidentur vere, & ideo ea ratione impræscriptibilia sunt, *l. seruus, §. incorporales, de acq. rer. dom.* At alia ratione, per ea quæ pro traditione habentur, & pro possessione seu quasi possessione prescriptionem accipiunt. **V**eluti t. seruitutes per patientiam eius, contra quem vsucapitur, *l. si ego, §. 1. de publ. l. 1. in fi. de seru. rust. præd. l. 3. §. dari, de vsufr. l. seruitutes, in 14. de seru. i. gener. eaque patientia, interdum habet quasi possessionem continuatam, interdum interpolatam. Continuata namque habere dicuntur, quas ratione rerum nostrarum in alieno existentium continue quærimus: vt in seruitutibus, quæ in superficie sunt, obseruatur, *Pau. in l. seruitutes que in superficie, 19. de seru. urb. præd. l. & si forte, §. sciendum, si seru. vind. P.* Interdum & tempus diurnum in aliis, quæ quasi possessionem non habent continuatam, cuius initii non exstat memoria, vicem tituli & continuationis possessionis habet, *l. 1. §. deniq; de aqua pl. arc. §. Suo t. tamen in difficili possessionis vel quasi quæstione, in seruitutibus obseruandi duo termini possessionis continuæ & non continuæ, & causæ continuæ & non continuæ: nam si hæc confundantur, ex diametro sibi ipsi disider Paulus in l. foramen, 27. de seru. urb. præd. & in l. seruitutes, l. 14. de seruitutib. P.* Si quidem in l. foramen, de seruitutib. seruitutes prædiorum, quæ tempore quærentur, perpetuas causas habere debere docet. At in l. seruitutes, nullas seruitutes continuam possessionem habere posse. Quare continua causa erit aliud, quam continua possessio. Nam aquam recipere cœlestem, continuam possessionem non habet: quia perpetuo non pluit: at aqua pluuialis perpetuam causam habet, id est, cœlum vnde pluit, quod causa est pluuialis aque perpetuo est, *l. foramen, de seru. urb. præd. P.* Præscribuntur & incorporalia t. non per se, sed cum possessione rerum, quibus adheret, *l. si alienares, 10. §. 1. de vsuc. P.* quemadmodum & superficies nunquam sine solo, longo tempore vsucapi potest, *Vip. l. nunquā, 26. l. si solum, 39. & l. eum qui, eo.* Et quia homo liber possideri non potest, neque quoq; præscribi, *l. vsucapionem, 9. de vsuca. P.**

De continuatione possessionis, & temporibus vsucapionum. Cap. 5.

1. Prescriptio continuatam possessionem exigit.
2. Temporis cursus qualis in vsucapionibus.
3. De prescriptione momenti, hora, unius diei, & c. anni, item unius vsq; ad 100. Et antiquitatis, vnde per totum cap.
4. Quæ continuo acti fieri debeant, & beneficium concessum a sum. Pontif. & Ordinario diuersis cui debeatur.
6. Sententia inira quod tempus admittat correctionem & appellationem.
7. Pluralis numerus duobus contentus est.
8. Error iudicialis intra quot dies eligi debet.
9. Animalia pasci non debent, regia vltra 7. dies.
10. Nonem diebus a funere debitoris non experientur creditores.
11. Appellandi dies decem sunt, fatales.
12. Testis vocatus non tenetur expectare examinationem, vltra 15. dies.
13. Litis contestatio intra viginti dies facienda.
14. Pecunie non numerata exceptio proponenda intra mensem, quando autem præscribitur, nu. 27.
15. Venditio facta sub conditione, si displicerit, res sit inempta, inira quot dies rescindi potest: & alia quedam.
16. Inventarii rerum hereditariarum confessio, quando incipi & perfici debeat.
17. Bonorum possessio intra quod tempus peti debet.
18. Præsentandi ius quo tempore excusatur.
19. Adulteri accusatio quomodo sex mensibus tollatur.
20. Deliberandi aditionis causa quando præscribitur ius.
21. Annales quedam actiones.
22. Quæ biennio præscribantur.
23. Prescriptiones omnes, minores & maiores redactæ ad spatium 30. anno. & 28. & 36.
24. Quæ triennio vsucapiantur, & perimantur.
25. Et quæ quinquennio.
26. Fiscalia veltigalia, vt & alia, quo tempore præscripta. & 27. & 29.
27. Decennio que querantur, & extinguantur.
28. Actiones personales 30. annis perent.

- 29 Hypothecaria actiones quo tempore praescribantur ex iure, & in Gallia.
- 30 Tribus anni redemptio.
- 31 Romana ciuitatis & ecclesie bona tantum praescribantur 100. annis.
- 32 Annua pensionis praescribenda agitata controuersia.
- 33 Praescriptio longi temporis qua apud Iurisconsultos, & apud Pontificos dicitur.
- 34 Vetusitas pro lege.
- 35 Temporis diuersi in usucapionibus ratio.
- 36 Praescribi quare nunc possint, qua imprescriptibilia iure Pandectarum dicuntur, & futurua res nunc quare praescribatur. Et

IN fuitioe usucapionis Iurisconsultus dixit, eam esse continuationem possessionis per tempus a lege definitum, l. 3. de usucap. P. l. 1. §. cum autem, & l. naturaliter, eo. tit. Et Paulus in usucapionibus mobilium, inquit, continuum tempus numeratur, l. nunquam, in usucapionibus, §. 1. eo. tit. Atque Iacobentis, possessio testatoris ita heredi procedit, si medio tempore a nullo possessa est, l. possessio, 20. eod. Et Dioclet. & Maxim. Longi temporis praescriptio iis, qui bona fide acceptam possessionem & conuinuatam nec interruptam in quietudine iuris tenuerunt, solet protraheri, l. 2. de praeser. long. temp. C. l. competit, & l. cum notissimi, de praeserip. 30. vel 40. ann. lib. 7. C. tit. 39.

Legitimum pro tempore, pro diuersa natura rerum usucaprarum, & pro diuersitate usucapionum, ex circumstantiis a lege constitutis edicuntur. Percurrit Eustathius Constantinopolitanus antecessoris singula tempora diuersarum usucapionum, in libello *τρεῖς ἡμέρας*, & *ἑξήκοντα ἡμέρας*, & *ἑκατόν ἡμέρας*, id est, de temporibus & durationibus, de momento usque ad centum annorum spatium. Tractauit eadem de re Azo, pecuniarum numero 7. in libro suo, qui Brocardica iuris inscribitur. Estque alius interpres Dynus de Magilla, qui praescriptionum tractatum edidit, quive mutuatus videtur a praecedentibus, in quibus temporum exceptiones potius, quam usucapiones tractantur. Quamobrem ego ab illis summarie delibabo, quaedam addam ordine temporis, quae ad usucapiones magis pertinent. Et in primis notandum est, tempora in usucapionibus obseruari a momento in momentum, l. in usucapionibus, de usucap. P. l. in omnibus, in 1. de actio. P. Praescriptionis momenti exempla in ea, quae testamento libera esse iussa est, si tres enixa fuerit, in l. Aresusa, de sta. hom. P. in eo, qui bona fidei habuit eam momento initio possessionis, ut possit postea possessionem continuare, l. si aliena res, de usucap. P. l. sed & si, de publ. in rem actio. Hora pro praescriptio seu exceptio aduersus eos actus, qui unico continuo actu fieri debent: ut si agamus, num valeat testamentum, quod continuo actu fieri debet, si si lemne sit, dicemus interpolitam horam & conuersione facta ad extraneos actus, ex ipsi posse non valere, l. heredes palam, 21 §. fin. de testa. in P. Idipsum de stipulatione dictum, contra quam praescribitur, si sitatum, saltem post momentum, & antequam ad extraneos actus diuertatur, interrogatione non sequatur responsio, l. 1. §. 1. & l. continuus, 17. de verb. oblig. Si eodem die quoque beneficium vni a summo potestite, & idipsum ab ordinatio collatum erit, is prior in iure erit, cui hora potiore beneficium fuerit collatum, c. si a sede, 31. de preben. in 6. iuncta gl. Contra pro maritum, postquam deprehensum in adulterio hominem cum vxore obici potest praescriptio 20. horarum: quia non potest amplius, quam 20. hor. illum retinere, in l. capite quinto, ad legem Jul. de adulter. P. Quotius pro diei praescriptio, in aqua quotidiana ducenda sufficit, l. 1. §. quod autem scriptum, de aqua quot. & al. P. Et iudex eodem die quo tulit sententiam, potest eandem emendare in accessoriis non potest, l. acta, de re iud. P. sicut & facultas appellandi sine libello & viua voce, praescribitur eodem tempore, l. litigatoribus, de appellat. C. Quorum pro dierum praescriptio fit in ornatu equorum venditorum querendo: nam si equus venditus biduo antequam venderetur, vel in ipsa venditione ornatus sit, ornatus quoque cedit emptori, l. adiles autem, 38. §. vendendi, de adil. edict. P. Item si quis iussus est aliquid facere in diebus, praescribitur facultati faciendi vel implendi conditionem per duos dies, l. abol. l. inserillam, 217. §. si de verb. sig. P. Pluralis enim numerus dierum, duobus contentus est, l. ubi numerus, de testi. P. siue de horis vel de annis agamus, l. libertas, §. fin. de manum. test. P. vel aliis rebus. Quotium pro dierum obicitur praescriptio ei, qui intra hoc tempus iudici delegato recutato, non elegerit arbitros, l. fin. de iudic. lib. 3. C. tit. 1. Item ei qui non correxit errorem propositum in iudicio ante sententiam, l. si. C. de erro. aduoc. in c. l. 1. eo. Referunt, Bar. in l. ult. ad l. Cor. de si-

car. Ang. & Alexan. in l. si quis cum aliter, de verb. obl. & tutum esse praescriptione huc valere, autem aliquem, ut de vulnere non lethali possit, quae vel defendere, si vixerit vulneratus per tres dies. Histamen ego non adf. pular, cum iam explicauerim vulnere lethale alia ratione esse perpendendum. Septem pro dierum lapso, praescribitur contra auctores animalia a limitibus ad urbem regiam, ne amplius in singulis ciuitatibus, per quas iter fit, pacisci possint, l. vn. de venat. fera. lib. 11. C. Nouem pro dierum vero spatium, praescribitur contra creditores, & possint contra heredes debitoris mortui experiri pro debito intra id tempus lugubre, *Ambrosius*, *si deneg.*, de sep. viol. C. §. meminimus, in nouel. 115. Decem pro dies dantur fatales ad appellandum, de appell. & intra qua temp. in *Ambrosius*, Accusatus intra 10. dies, non comparente accusatore absoluitur, *nonella*, de exhib. reis. Quindecim pro dierum spatio, expectantes testes vocati ad dicendum testimonium, praescribitur ne ad publicum detineat possint, nec renouari ad dicendum testimonium, l. si quando, C. de testi. Differtur & in quindecim diebus pat. habitibus, compulso annuarie functionis, & omnium publicorum debitorum exactio, l. omnes, §. si. de ser. C. Per pro viginti dies praescribitur iuri defensionis: si enim aduersarius a die oblatis libelli non fuerit contestatus, non auditur, nisi prius refundat expensas, *Ambrosius*, *offertur*, de lit. contest. C. Recusandus & in d. ex. citatio non seu vacatione coram eo facta, intra viginti dies: aliter non auditur recusans pestea, in *Ambrosius*, *consequenter*, C. de sent. & interloc. omn. iud. Post viginti dies non datur venia ei, qui fuerim fugiunt celsus, nec indicauit, l. 1. §. 1. de ser. fugit. P. Et nisi per viginti dies programma venditionis faciendarum rerum ecclesiasticarum publice proponatur, iure civili inutilis venditio, hoc vero iubemus, nouel. 120. *Ambrosius*, *hoc ius potestatum*, de sacros. eccl. Triginta pro dierum praescriptio, in exceptione non numerata pecunia, contra iustum metum, quod meminit solum fuisse pecuniam, locum habet *in contradiabus*, §. super ceteris C. de non num. pec. lib. 4. C. tit. 30. quod iure canonico non obinet, de c. T. hols. 4. 8. Praescribitur & contra publicanum tot diebus & trigal non solum, l. Imperatoris, §. fin. de publ. & v. Etig. Contra accusatores & reis contra praescriptiones post triginta dies viles, quibus repetere poterant deferat ab alio, vel interceptam publicam lititiam accusationem, in l. 3. §. fin. & l. histamen, de accus. l. si interueniente, ad S. Turpil. P. Vt & accusatus post infectionem celebratam, intra triginta dies exhiberi debet, l. nullus, C. de exhib. reis. Fit & praescriptio contra mulierem, quae se dicit ex aliquo praegnantem, si post solum matrimonium non denuntiauerit se esse ex marito praegnantem intra triginta dies, l. 1. §. denuntiare, de liber. agnos. Sexaginta pro dies dantur pro dandis ornamentis iumentis, vendeudi causa appositis, vel pro iumentis ne fiat redhibendis, l. adiles autem, 38. de adil. ed. P. Item, si vendendo ita d. cum fuerit, ut si res displicuerit, non adiecto certo tempore, redhibeatur, dantur viles dies tantum sexaginta, & ad redhibendum in factum actio, vltra non, *Ulpianus*, l. quod si nolit, 31. §. si quid ita, eo. Praescribitur & ius accusandi vxorem de adulterio iure mariti, contra maritum per sexaginta dies, *iure mariti*, C. ad l. Inl. de adul. l. miles, §. sexaginta, eo. tit. P. l. auxilium, de minor. P. Exibat hoc ius a subscriptione maritum accusantem, proximo citatis & permittebat ex sola suspitione marito vxorem accusare, d. l. quibus, aliaque concedebat marito intra illos dies accusanti, pro citatis ill. quae aliis de adulterio accusantibus, & ipsi marito iure extranei accusanti, negabantur. Quamuis hodie Nonella 117. §. quia vero, iure mariti accusatio sine inscriptione, postulatae muliere, adempta sit. Compensatio quoque sisco non potest opponi, nisi intra 60. dies mutuum ei factum probetur, quibus elapsis praescribitur, *lauserius*, §. qui compensationem, de iure sisco. P. Potest & hoc tempore praescribi ius praetionis contra dominum, si venditione facta ab emphyteota & denuntiata, intra hoc tempus non fuerit vltus iure suo, l. si. §. fin. autem, de iur. emphy. C. Sed & praescribitur facultas appellandi a nominatione ad munera, si post nominationem intra duos menses nominatus non appeller, l. 1. de tem. appel. C. Quotium pro mensium obicitur praescriptio heredi, ne beneficium inueterari gaudeat, si intra mensem hereditarium rerum non coeperit inventarium, & intra tres menses non perfecit, l. scimus, §. cum igitur & §. fin. autem dubius, de iure delib. C. l. si. de repud. her. C. §. ad bac sancimus, ut spon. larg. prop. fit contract. in *Ambrosius*. Itē in opponenda exceptioe non numeratae dotis, post mortem vxoris, *Ambrosius*, *quod locis*, de dote cau. non nu. li. 5. C. tit. 15. §. generaliter, 17. de tem. non sol. pec. in nouel. Et idipsum tempus praescribitur in neul operis nuntiatione, l. 1. de noui oper. nun. C. l. de pupilo, §. si is cui, eod. P. Centum pro dierum spatio, nisi petantur bonorum possessiones.

ab agnatis proximis, a tempore quo sciunt sibi deferri, proximioribus aliis lequentibus deferuntur, *§. fin. de bonor. posses. l. 2. qui admittit ad bonor. posses. C. Bartolus quoque putauit in l. Pomponius, de negot. gestis, P. ratum velle videri negotium habere gestum pro se eum, qui per centum dies tacuit: & ita praescribi per id spatium contra eum, vt non possit conqueri. ¶ Quadrimestri t̄ tempore, partem socii socius praescribit, si intra illud tempus socius noluerit in rem communem necessario sumtus factos cum vsuris responderere, *l. si ut proponis, C. de adif. priuat. l. fratres §. idem respondit, pro soc. P. Praescribitur & iure deuoluto per quadrimestre tempus ius praesertandi contra laicos: & semestri contra clericos patronos, *ca. 1. de iure patron. in 6. cum similib. sed & post sex menses ius conferendi ad superiorem deuoluitur, c. 2. de concess. praben. ¶ Sex mensibus praescribitur redhibitionis facultas, l. 2. C. de edil. act. l. sciendum, 19. §. final. ¶ Sex menses, de edil. edict. P. Et sex mensium spatium euoluto, posteaquam res tua alia per quatuor est confirmata, amplius de ea litem mouere non potes, *l. fin. de censib. l. bro. n. C. Et locorum domini absentem semestre spatium habet ad reuertendum, & debita dissolueda, & quoque a possessoribus recuperandos, l. locorum domini, de omni ag. deser. lib. 11. C. Alia similis praescriptio accusationis adulterii, *l. maritus, §. sex, ad legem Tul. de adul. P. Sex mensibus quis praescribit plebem ad fidē per se conuerfam, negligente proprio pastore monito, ca. placuit, 16. quest. 3. ¶ Nouem t̄ mensium lapsu, procluditur ius hereditatis ad deliberandum, *l. final. §. sed quidam, C. de iure deliber. Quemadmodum eodem spatio, dilatio vltimarum probationis excluditur, l. 1. C. de dilatio. ¶ Vnius t̄ anni tempus, absentis iusta de causa reipubl. gratia, dat spatium agendi, cum restitutione in integrum contra vsucapionem illo praesente ceptam, & eo absente continuatam, quo elapso praescriptio obicitur, *l. quod tempore militie, de restitu. militi. §. cor. qui reipubl. causis, ab. lib. 2. C. iiii. §. 1. Excluditur & actio, quanto minoris post annum, *l. sciendum, §. fin. de edil. edict. lib. 2. C. de edil. actio. Item bonorum possessionis suorum petitio, *l. pen. §. fin. quis ordo in bono. posses. l. 1. §. largius de success. ed. P. iniuriarum actio, *l. fin. non conuittis, C. de iniur. l. si cum exceptione, §. post annum, & ibi Accor. de eo quod met. cau. in P. & quadrupli ex edicto quod metus causa, *l. l. cum exceptione, §. 1. C. §. post annum, C. §. Labeo. eo. §. hac autem actio, de actio. & ex rapina, *l. fina. C. vi bonor. rapt. Est & praescriptibilis anno actio de peculio, post mortem vel manumissionem filiam, *l. 1. quan. act. de pec. anna. sit. P. l. §. ancillarum, §. si seruus, de pecu. P. Item exceptio de non numerata dote, *l. in dotibus, de dot. cau. non numer. Penalnis actio in eos, qui iurisdictionis dicentis non obtemperant, *l. vni. §. fin. si quis ius die. non obtem. & qui vocant in ius, vocari prohibitos non petita venia, *l. penul. de in ius voc. P. Qui vocatos vi exiunt, *l. si per alium, §. 1. quo temp. mil. inuest. per. deb. in vsu. feud. Exstat regula cancellariae Romanae, de annali possessore beneficii, quam abunde explicat Gomefius. ¶ Petrus t̄ Iacobus, in titulo super pensionem, seu redditus libelli, in acquirenda ait, quasi possessione annuae praestationis, sufficere duos annos: & ita quoque refert Guido Pap. decil. 408. in fine. Biennii spatium praescriptionem generat contra accusationem & iudicia criminum, *l. ult. §. intra cer. temp. cri. q. termi. C. actionem de dolo, l. fin. C. de dolo, non numerata pecunia, *l. in contractibus, C. de non num. pecun. §. 1. de lit. oblig. restitutionem ex Velleiano, *l. si mulier, ad Velleian. Antiquo iure, qui ex titulo donationis, vel alia quavis iusta causa rem accepisset, eam rem si mobilis esset anno vbique vno, si immobilis biennio tantum in Italico solo vsucapiebat, *§. 1. de vsucap. apud Iustinian. Postea tamen placuit Iustiniano, §. §. iudo. eod. §. l. de vsucap. in an. §. l. fin. de praescrip. long. temp. C. vt res quidem mobiles per triennium, immobiles vero per longi temporis possessionem, id est, inter praesentes decennio, inter absentes 10. ann. vsucapantur. ¶ In Gallia t̄ tamen notat Imbertus in Institutionibus Forensibus, in praescriptionibus mobilium re-*********************

rum, tanto tempore opus esse, quanto in praescribendis immobilibus, videlicet 30. an. spatio. Quod etiam ex generali consuetudine esse Francia tradit Boerius, omniaq; praescriptibilia, in Gallia 30. annis praescribi, *Boer. in consuet. Bitur. §. 1. de praescrip. in decis. 182. nu. 12. Et proinde quod Chass. tradidit de consuet. Burg. ad §. 2. ad verba, Et semblablement des cens, num. 20. locum habebit in toto regno, vt omnes praescriptiones vniformes sint, & minores redactae sint ad praescriptionē 30. an. ¶ Verum t̄ in finalibus quaestionibus iure ciuili annorum trium praescriptio locum habet, *l. fi. C. si. regundo. Obicitur & triennale tempus filio suo, si intra tempus repudiat non repetat hereditatem, *l. fi. C. de repud. her. Et legatura triennio solutum in posterum confirmatur, *l. 1. C. de fideicom. Lites ciuiles quoq; eodem spatio praescribuntur, si triennio quiescant, *l. properandum, de in. C. Triennio quoq; episcopus contra episcopum vsucapit nuper ad fidem conuersum, *l. 1. C. de praescrip. apud Greg. c. placuit, 2. 16. q. 3. Exstat & regula 17. Cancellariae Romanae de trienniali possessore beneficii non interpellando, quae antea in concilio Basiliensi originem habuit, seu in pragmatice sanctione recepta in consilio Lateranensi, quo conuentiones Gallicanae cū summo pontifice editae sunt. In quam ediderunt cōmentaria antiquus interpres Gomefius, & Rebuffus in tractatu de pacificis possessoribus: incipit autem triennii a tempore, quo quis habuit titulum coloratum, *gl. in §. 1. ad verb. coloratū, de pacif. poss. in prag. sanct. vide Boer. dec. 24. Traditum autem est, aduersus fiscum non currere vsucapionem, *Modest. in l. quamuis, de vsuc. in P. quod intelligendum est de trienniali, nō de alia, quae locum in eum etiam habet, *l. 2. C. com. de vsuc. vt per exem. pl. iustis capitis liquet, & l. in omnibus, de diuer. §. temp. praescri. P. in 10. an. ¶ Quadriennio, t̄ vancantia bona quoquo modo, vel titulo quis possederit, praescribitur, *l. 1. de quadri. praescri. C. l. §. si de iure fisci. P. Est & eadem praescriptio in denuntiatione vacatium, *l. 1. de iure fisci in restitutione minorum, l. fi. C. de temp. in integ. rest. & contra creditores, si absentes non conuerantur de missione in possessionem bonorum debitoris, *l. fi. de bon. an. et. iud. poss. C. ¶ Quinquennio t̄ praescribitur aetioni contra statum defunctorum mouenda, *l. fin. §. toto ius. C. ne de sta. defun. vt in P. l. si uxor, de man. test. querel. in officio testamenti post annum 25. agenti, contra maiores, de inoff. test. C. vt & reuocationi faciendae a minore, *l. si maior fact. alien. rar. hab. C. l. aut si minor, de restit. in integ. C. collationi detegendae, *l. 2. de collat. deteg. P. reuocationi cubiculariorum, *l. pen. de prapo. sac. cub. lib. 1. 2. C. Praescribitur hoc tempore contra adulterii accusationem, si ea mota non sit contra reum intra quinquennium, *l. quinquennium, §. l. militem, §. adulterii, ad leg. Tul. de adul. l. adulter, C. eo. tit. item contra fiscum de ve. galibus interceptis vel suppressis, *l. 2. de ve. gal. §. com. C. contra peculatus crimen, *l. peculatus, ad l. Tul. pecul. P. In Gallia quoq; praescriptio quinquenni impedit, ne postea peti possit emolumentum, quod ratione parui sigilli Moti spessuli est omissum peti, vt statuit Ludouicus 12. in const. edita, an. 1499. art. 146. ¶ Immobiles t̄ res vsucapiuntur inter praesentes decennio, in rer. absentes 20. an. spatio, *§. 1. de vsuc. ap. Iust. l. vn. de vsuc. r. r. §. C. Et exceptio non numeratae pecuniae tollitur, nouel. 100. Et vsufructus, non vtendo perit, *l. pen. de seruit. C. Et nundinarum ius, *l. 1. de nund. in P. Habitatione decenniali acquiritur & domicilium, *l. 2. de incol. lib. 10. C. Si fundus censualis biennio in cultus relinquatur, nec census solutus sit: acquiritur domino per negligentiam directo, iure ciuili, *l. qui agros, de omni agro def. lib. 11. C. at iure consuetudinatio Burgundiae exiguntur 10. an. Chass. ad §. 5. ad ver. lex dix. aus passor. rub. des cens. in cons. Burg. Verum si elapsi 10. ann. dominus acceperit pensionem pro vno anno, nō potest fundum retinere, etsi possit debitas pensiones repetere, *Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua, vers. 17. l. fin. l. 2. de iure emphyt. coll. 70. vers. tertio aduertite, Chass. in prox. cit. loc. Statuit & Ludouicus 12. in edicto anni 1512. art. 46. ne rescissio contractuum, aut aliorum actuum fieret, pretextu fraudis, doli, deceptionis vltra dimidiam iusti pretii, vel circumuentionis, vis metiue: sed praescriberetur per decem annos a die actus vel contractus computandos. Et ita nunc seruatur. Seruus qui bona fide per viginti annos in libertate permanserit libertatem vsucapit, *l. 2. de long. temp. praescrip. que pro libe. C. quamuis contra libertatem nulla admittatur praescriptio, *l. fina. C. eod. Criminum accusationes, quae certam aliam praescriptionem non habent, 20. an. lapsu abolerunt, *l. querela, ad legem Cornel. de falsi. C. Et in aliis quoque, in quibus minora tempora non sunt apposta, contra fiscum 20. annor. praescriptio obtinet, *l. in omnibus, 13. de diuer. §. temp. praescri.*****************************

¶ Triginta t̄ annorum praescriptio extinguit & tollit omnes 28



personales temporales actiones, & rei venditæ, *l. scilicet, l. omnes, l. si quis emtionis, C. de præscr. 30. vel 40. ann. l. 2. de consi. pec. gl. an l. 1. de res. in vend. C. de action. person. & mixtis, in l. hereditas, de peti. her. cum dist. ibi posita, ad verbum compellat, per gl. Et idcirco facultas redhibendi data per pactam obligationi appositum, toties quoties voluerit retrahere venditor, tollitur 30. ann. *Anch. cons. 3. 2. 2. l. ason in l. preces, de pact. C. Chassad. §. 1. de reditib. in pec. consi. in consuet. Burg.* In Gallia iam antea in trienniali, diximus omnes redactas esse præscriptiones ad 30. ann. quod etiam tradit de consuetudine Arueronia, verum Masuer. titu. de præscr. num. 1. & 6. & currere aduersus omnes, exceptis illis, qui de iure impediuntur agere, vt furiosi sunt, mente capti, pupilli, & c. Ecclesia quoq; possidens res priuati, & contra eundem præscribit, per lapsum triginta annorum, *c. 2. de præscr. Et priuilegia eodem tempore præscribantur, c. placuit, 2. 16. q. 3. Olim quoque ecclesia contra ecclesiam præscribat per 30. annos, c. 1. 2. 16. q. 3. hodie tamen non nisi quadraginta annis, c. de quant. c. illud, §. c. ad an. 6. de præscr. ca. placuit, §. quas actiones, 16. quæst. 3. Authent. quas actiones, C. de sacrosanct. eccles. Nouel. iii. Iure etiam Gothorum, omnes causæ siue bonæ siue malæ hoc spatio 30. ann. concludebantur, *l. 3. & 4. de quinquag. & tricenn. tempo. sentat. in Cod. leg. Wisigoth. lib. 10. tit. 2.***

29 *Actio* t̄ autem, quæ triginta annis non tollitur, per annos 40. finem capit, *l. omnes, C. de præscr. 30. vel 40. anno. l. fin. C. de fund. patri. lib. 11. C. vide Accursi in l. inter dominium, ad verb. centum annorum, de sacrosanct. eccles. Hypothecaria actio, competens contra debitorem possidentem rem oppignoratam, quadraginta annorum spatio expirat. Si vero posterior creditor quâdram priorem creditorem experiatur, quoad prior viuit quadraginta annorum præscriptione vitur. Si vero eo defuncto nomine proprio experiatur, decem vel 20. annorum præscriptione excluditur, *l. cum notissimis, de præscr. 30. vel 40. anno. C. In Gallia hypothecariæ etiam pro dote 10. annis finiatur. Late explicat Boerius, decif. 328. Sed & præscriptiones, quæ sunt 10. vel 20. annor. si fuerint interpellatæ vel interruptæ litis contestatione, ab eo tempore exiguntur 40. annos continuos, *l. fin. eo. l. 1. §. ad hoc, de annal. except. Præscribuntur & res contra principem hoc spatio, quod pertinet ad vtile dominium: non quod ad tributa publica, l. comperit, C. de præscr. 30. vel 40. annor. quamquam & canones rerum patrimonialium principis hac exceptione elidantur, *l. fin. de fun. patri. Potest & fidei ob tributa præteriti temporis non soluta, prædium iure pignoris distrahere, l. cum possessor, §. fin. de censib. vident. l. fin. §. si quis professus, de pub. P. Refert Henricus Boick ad c. si diligenti, de præscr. plures in eam fuisse sententiam, vt in distincte dixerint, res fidei patrimoniales, posse etiam præscribi spatio 40. annorum, atque reprehendit gloss. si minus, de non alien. rer. ecclesiast. quæ centum annos exigit in illis, & vt falsam reicit: & secundum hanc opinionem iudicatum tradit Guido Pap. decif. 416. Apud Langobardos, *l. de possessione, de præscr. lib. 1. leg. Langobard. Rhotarius rex statuit, in possessione quam quis habuit de publico, sufficere quadraginta annorum quietam & pacificam possessionem: in aliorum autem hominum, 50. Luitprandus autem rex voluit, vt in rebus regalibus ad sint sexaginta anni, duplicatis triginta priuatorum. Hoc quoque receptum esse notat Nicolaus Boerius*****

30 *ad §. 1. de præscr. in consuetud. Bitur. ¶ Quinquaginta* t̄ annorum spatium in iure nostro inuenitur ad excludendam actionem repetitionis amissorum in ludo vitæ: intra enim hoc spatium, quæ in ludo vltra vnum aureum amittuntur, peti possunt, *l. fin. Cod. de relig. & sumi. funer. Apud Wisigothos autem leges hæc dux, l. 1. & 2. de quinquag. & tricenna. tempor. senta. lib. 10. C. leg. Wisigot. tit. 2. Sortes Gothica & Romana, quæ intra quinquaginta annos, non fuerint reuocata, nullo modo repetantur. Et alia, Mancipia fugitiua, quæ intra quinquaginta annos inuenta non fuerint, non liceat ad seruitium reuocare. In lege tamen diuina Iubileus, erat spatium 50. annorum, & anno quinquagesimo vnusquisque de populo Israelitico ad possessionem suam gratis, & ad familiam suam pristinam redibat, siue veditio, donatione vel alio titulo res in alium transisset, *Leuit. 26. Num. c. si.**

31 *Centum* t̄ annorum præscriptio tantum, etiam submoto schismatis tempore, locum habet contra ecclesiam Romanam & ciuitatem ipsam, *Auth. quas actiones, & l. si. C. de sacrosanct. eccles. Nouel. vt eccle. Ro. 100. an. præscr. gaud. in Auth. c. ad audientiam, de præscr. Item vt præscribatur vsufructus debitus ciuitati vel municipio, atas longissima hominis, centum videlicet annorum, exigunt, *l. an vsufructus, de vsufr. P. l. si vsufructus, de vsufr. & vsufr.**

3 *leg. P. ¶ In* hac cetera præscriptione dubium maximum olim

inter Bulgarum & Martinum, *disputant. in l. cum notissimis, §. fin. de præscr. 30. vel 40. annor. de annuæ pensionis præscriptione contra creditorem: veluti, si mihi decem annua debeas, & soluis per tres annos, & in quarto cessasti soluere, num fiat præscriptio pro futuris faciendis in futurum præstationibus. Resoluit autem Guido Pap. decif. 406. vide & decif. Cap. T. bol. 34. 2. quod annuæ præstationi non currit præscriptio in distincte, nisi a principio cuiuslibet anni: nisi cessaretur per centum annos, & ita iudicati pluribus rationibus iuste tradit. Hieronymus Gigas in tractatu de pensionibus, singulari disputatione resoluit duas conclusiones. Prima, *Gig. tract. de pensio. q. 83. In* quæstione, an pensio annua reserua super fructibus beneficij, in cuius solatione cessatum est per annos triginta, censetur præscripta, ita quod vterius non possit: videlicet, non censeri præscriptam, nisi pro illa parte, cuius decursione effluxerunt anni triginta. Altera conclusio, quod pensionarius si recipiat decem, sciens sibi deberi viginti, non excluditur per præscriptionem in aliis decem: scilicet si signorabat sibi viginti deberi, & recepit decem, curas sibi integraliter satisfactum. Nam eo casu ait, contra illum currere præscriptionem, *idem eod. q. 84. per tex. in l. qui vsufructum, quib. mod. vsufr. amitt. & per alia plura ibi disputata.* A finis illa quæstio est, an quis præscribat annuum censum, si ei solutum sit per 40. annos: an vero in ea præscriptione tantum tempus exigatur, cuius initii memoria non sit. Et in ea, post multa conclusum est ex communi sententia Canonistarum, quadraginta annos requiri, *Domin. de S. Gemin. in c. de præscr. in 6. & ita iudicatum fuisse tradit Guido Pap. qui hanc quæstionem disputat decif. 405. facit ca. olim, de consi. cum ecclesia Sutrina, de consuet. Hic tamen animaduertendū est, quod a quibus personis exactus fuerit census: nam præsumitur, si non appareat de causa eius, vis domini erga subditos, *c. bona, in 1. de postu. pral. 70. Fab. in §. que, de act. Et census non est ignorantiæ, sed alicuius causæ, ca. peruenit, de censib. maxime si appareat de antiqua præstatione alia minori, ad quam reductio faciendi est cum restitutione super exacti, *l. in quibus cau. colo. domi. accus. poss. lib. 11. C. Neq; obest, quod aliquando sit vi a colono seu femper exacta super exactum, l. cura, de muner. & honorib. P. Si tamen præscriptum sit, non apparente contrario titulo, vel contraria antiquiori minori exactio, eius quod ex longo & prolixo tempore vel inueterata & longinqua relictum susceptione, sufficiens est petenti cautela, nec contradicenti licentia relinquatur, longi temporis præscriptione, vel relictum frequentissima consequentia, colonorum impetus excludente, vt hildem fere verbis tradit Iustinianus, *l. imp. de agric. & censib. lib. 11. C. In* qua decisione consentiunt quidem iuris ciuilibus & pontificis interpretes, vt præscriptione longi temporis firmetur præscriptio censuum: sed in eo dissentiunt, quod iuris ciuilibus auctores longam præscriptionem dicant 10. inter præsentem, 20. annorum inter absentem possessionem, *§. c. deo, de vsufruct. l. super 11. l. fin. de præscr. long. temp. 10. vel 20. annor. C. & in rub. & ibi Balg. in rub. qua sit. lon. consuet. C. Fel. in c. ceterum, de rescri. ¶ Vocant & diuinitum silentium, & diuinitum possessionem, in l. 1. & 3. C. si aduer. cred. præscr. oppo. §. de iurina, de vsufr. l. pignori, 13. §. si man. dauero, eo. tit. P. At in iure pontificio, longam quidam ponunt 30. annorum, si agatur de rebus præscribendis priuatorum, si autem de aliis, 40. c. sanctorum, & ibi gl. in ver. si sincere, de præscr. Pan. in c. de quarta, 4. col. vers. sed quantum, eod. tit. Quod tamen spatium in iure ciuili longissimum dicitur, vt notat gl. ad rub. de præscr. 30. vel 40. anno. Alii indifferenter dixerunt 40. annorum esse, *ca. olim, de censib. Obtinuit autem, vt hic quadraginta annos constitutum, vt diximus, ex Guid. Pap. decif. 407. dum tamen causa aliqua prætextatur, ex qua solutio per tot annos facta dicatur, et si ea non probetur. Sufficit enim illam proponere & exprimere, quæ si non exprimitur, absoluitur reus, non obstantem tempore, hoc disputat & probat, idem Pap. decif. 108. an dominus censuales teneat ostendere suum titulum, negante eo, qui præstitit censum per multos annos. Pado 10. Fab. ad §. præiudiciales, 10. col. de act.******

¶ Est t̄ alia præscriptio, quæ vetustate perficitur, quando memoria nulla est initii, temporis, & proinde ea habetur pro lege, & firmum est, quod per eam possidetur, vel quasi possidetur, perinde ac si lege publica seu priuata, nempe conuentione vel testamento, constitutum esset, *l. 1. §. fin. & l. 2. de aqua plu. arcend. lib. 39. P. si. 3. l. hoc iure, 3. d. actus aque, de aqua quot. & est. li. 43. P. tit. 19.*

¶ Ceterum t̄ in tanta temporum varietate, si quis nimium curiosus inquirat, quorsum tam variæ & diuersæ eorum definitio- nes. Respondebo, hæc ex eorum esse genere, quæ dicuntur arbitrarie seu iuris posititiuæ, quia ita placuit iuris auctoribus, *Accursi in l. 1. §.*

§. putatam ad verb. ratiū, de postul. Andr. Sicul. ad Clemen. 1. in verb. restringere. de indic. Gemes ad reg. de trien. possess. q. 1. in prin. Et hoc maxime referendum esse existimo, non omnium quae a maioribus constituta sunt, rationem reddi posse, l. non omnium. ff. de legib. Et ista tempora distingui oportuit pro negotiorum qualitate, prout sufficere visa sunt ad admonendos de minoribus, ut rerum suarum curam non negligerent. §. Cum hoc placitum, de vsucap. nota, in l. si quando, de resc. Et proinde aliis atque aliis seculis, diuersa placuerunt.

¶ Neque praescriptiones triginta vel quadraginta annorum, quae longissimae dicuntur, fuerunt iure Pandectarum, vel antiqui Codicis inducendae, sed nuperime, gl. in l. Iulianus, 17. ad ver. militi, ex quibus casu maior. P. gl. in §. 1. in ver. antiqua, ut eccles. Roman. 100. praegau. in Authen. in l. Pomponius. §. cum quis, in verb. vicis, de acq. possess. P. gl. mag. in §. 1. de per. et tempor. actio. Capolla in tract. de vsucap. pro dote, nu. 8. vnde & quaedam impraescriptibilia in antiquis iuribus inuenies, quae nunc dicuntur praescriptibilia, in proxime citat. glossis.

¶ Itaque praescriptiones distinguendae sunt hac ratione in genere tres species vsucapionum seu praescriptionum. Prior, est proprie dicta vsucapio in rebus mobilibus, quae tantum procedit cum titulo & bona fide, l. 1. de vsucap. transf. Secunda est, dicta longi temporis 10. ann. inter praesentes, & 20. inter absentes, in rebus immobilibus, cum titulo & bona fide, l. 1. de vsucap. tot. tit. de praescrip. lon. temp. por. 10. vel 20. annorum, Tertia est 30. vel 40. annorum, quae sine titulo & bona fide dicitur iure ciuili procedere, adiecta legibus nouis, de qua non meminerunt iura Pandectarum, & priora Codicis Iustiniani, l. si quis emtionis, de praescrip. 30. vel 40. annor. Et proinde quae propter malam fidem antiquis legibus impraescriptibilia dicebantur, vel de defectu tituli, runc hac praescriptione 30. vel 40. annis praescribuntur. Exemplum sit in re furtiua, quam diximus non posse praescribi vetante lege Attinia, §. 6. 2. quae tamen 30. annis praescribitur, l. 1. §. 1. de anna. excep. tit. si in l. sicut, de praescrip. 30. vel 40. an. C. l. cum querebatur, vnde vi. C.

De Temporibus in initio, medio, & fine considerando in vsucapione: & de Usurpatione seu Interceptione vsucapionis. Cap. 6.

- 1. Praescriptionis tempus ex initio, medio, & sine pendendum.
- 2. Temporis vsucapionum, vnde iudicandum initium.
- 3. Annua pensio & census a quo tempore praescribantur.
- 4. Usurpatio quid.
- 5. Vsucapionis interruptio vel naturaliter, vel ciuilitate sit: & quomodo utraque vide, §. nu. 6. 7. 8. & 9.
- 10. Praescriptio suspenditur aliquando, & non interruptitur. Exempla in nu. 11. 12. 13. & seq.

¶ Quia iam ostendimus determinatum esse tempus vsucapionis seu praescriptionis, liquet & obseruandum esse initium, continuationem, & finem temporis. Sic Vlpianus l. in vsucapionibus, 6. de vsucap. P. in vsucapionibus, non a momento in momento, sed totum postremum diem computauimus. Ideoque, idem in l. deoq. 7. eod. qui hora sexta dies Calendarum Ianuariarum possidere coeperit, hora sexta noctis pridie Calendarum Ianuariarum implet vsucapionem. Venuleius autem Iuriconsultus respondit, l. in vsucapione, 15. de diuer. et temp. pra. P. In vsucapione in obseruatur, ut etiam si minimo momento nouissimi diei possessa sit res, nihilominus repleatur vsucapio, nec totus dies exigitur ad explendum constitutum tempus. Quod verum putant, gl. in d. l. in vsucapione, & in d. l. in vsucapionibus, in vsucapionibus rerum, quae sunt cum titulo & bona fide: at in praescriptionibus 30. vel 40. annorum, dicunt non exigi. Et sic tollunt antinomias legum dicebantur, in omnibus temporalibus actionibus, nisi nouissimus totus dies impleatur, non finiri obligationem, ut in l. in omnibus, 5. de action. P. l. denique, §. minorum, de min. 25. an. l. anniculus, de verb. sign. l. §. si non sint, §. quid erit, de auro & arg. leg. ¶ Nec proficit praescriptioni dies intercalaris, l. 2. de diuer. et temp. pra. Ceterum dicemus tempus incipere secundum diuersam negotiorum qualitate. Nam si agamus de actionibus tollendis, a die, qua agitantur potuit, incipit tempus, non antea: ut si dos restituenda, vel alia res sit sub conditione, vel certa die, tempore tamen elapso incipit praescriptio & negligentia, l. 1. §. annus, quam actio, de pecu. est anna, l. cum notissimi, §. illud, de praescrip. 30. vel 40. ann. l. 2. §. si sub conditione, pro em. P. Sic contra vocatum ex substitutione, non incipit praescriptio rerum restituendarum, nisi a tempore quo substitutioni locus est, l. fin. §. fin. autem, C. com. de lega. Et pignoratitia actio, quae tollitur 30. an. lapsa, a tempore eo quo nata est, & potuit moueri, videlicet ab eo

tempore, quo satisfactum est creditori, vel pecunia oblata & consignata est, incipit praescriptionem, Host. in Sum. de praescrip. §. quare praescribi possunt, circa fin. per l. si rem alienam, §. omnis, d. p. g. ult. P. Papinianus in bonis vacantibus, ita statuit, l. intra quatuor, 10. §. quadriennii, de diuer. tem. praescrip. P. de ferendis fisco, vel vsucapientis quadriennio, Quadriennii tempus non ex opinione hominum, sed ex substantia vacantium bonorum, dinumerandum. Quatuor autem, inquit eod. anni, post irritum testamentum factum, & inest ab possessionem ab omnibus repudiata, qui gradatim potere debuerunt, vel post temporis finem, quod singulis est praestitutum, computabitur. In emtis rebus praescribendis, & initium contractus perfecti, l. 2. pro emto, 3. pro soluto. & traditionis inspicimus ratione bonae fidei, quae tunc in possessione incipienda exigitur, leg. si aliena res, 10. §. l. iusto, §. §. si possessionis, de vsucapionibus, in P. In aliis facultate experiendi, pro reuocatione rerum suarum, negligentibus dominis currit praescriptio, explicatur in l. 1. §. 2. de diuer. et temp. praescrip. P. c. biduum, 2. g. 6. c. super eo, 23. de rescrip. Tradit & Gomes ad reg. Can. de anna. possess. q. 68. per l. cum notissimi, de praescrip. 30. vel 40. an. regulam, quod de iure non currit contra aliquem praescriptio super iure aliquo, quam prius ceter illud ius fuisse in esse productum. ¶ Ideo praescriptionem annuae pensionis incipere principio cuiusque anni, Cyn. in d. l. cum notissimi, §. in his, & in decis. Cap. Thol. 342. Masuer. perro tradit in praxi, tit. de praescrip. §. 12. per l. competit, & l. male agitur, de praescrip. 30. vel 40. an. quod emphyteota praescribit censum seu annuam praestationem per 30. annos, non tamen directum dominium, nisi praescessit contradictio. Item si solum soluat partem census per triginta annos praescribere in residuo, idem eod. §. 13. per Bart. in l. si prius, de aqua plu. arc. P. ¶ Continuatio praescriptionis constituit etiam in praescriptione ne exigitur, l. 2. C. de praescrip. long. temp. Quare cauendum est, ne incidat in eam vsurpatione. Usurpatione, ut ait Paulus Iurif. l. 2. de vsuca. P. l. naturaliter, §. 1. eo est vsucapionis interruptio. Oratores autem frequentem vsu vocant. Et ita inscriptio rubr. De vsucapionibus & vsurpationibus perhibetur esse in Pandectis Florētinis ab Antonio Augustino. hb. 2. emend. Frequens vsus, constans & continuatus non est, sed a pluribus interceptus, & in vno discontinuus.

¶ Interruptio praescriptionis, vel naturaliter vel ciuilitate accidit. Naturaliter vel facta natura, vel hominis. Natura facta, ut si res quae possidebatur, ut fundus flumine vel mari fuerit occupatus: definit enim tunc possessio dici naturalis, l. 3. §. Labeo, & leg. Pomponius, & l. qui vniuersas, §. item quod a mari, de acquir. possess. P. l. sacra loca, §. 1. de rerum diuis. Facto hominis item, si quod possidentis sacrum fiat, si mortuū intulerimus eo, si in eam possessionem praetore auctore per alium itum sit, d. l. qui vniuersas, §. 1. Si ex ea deiecit simus, d. l. naturaliter, de vsucapionibus. Si possessor capiatur ab hostibus, statim enim atque intra septa & praesidia hostium ductus est, naturalis vsucapionis interpellatur possessio: cum qui possidet ab alio possidere nequeat, l. sic eueniet, ad l. Iuliam, de adulter. P. l. homo liber, §. quicquid, de acquir. rer. dom. P. Et proinde qui iure postliminii redeunt, ne uia possessione etiam in rebus suis obit edis egent, si medio tempore nemo res eorum occupauerit, l. cum heredes, §. 1. de acquir. possess. P. l. si quis pro emtore, de vsucapionibus. Cum enim postliminium fictionem iuris habeat, & possessio magis facti, quam iuris sit, iuris fictionem ea non recipit, ut continuata videatur, l. denique, quibus ex causis manumit. non lic. Pandect. l. 1. §. l. possessio, §. qui in aliena, de acq. possess.

¶ Ciuilitate interruptitur vsucapio, si per actus legitimos & ciuiles controuersia de possessione moueatur: veluti primum, si causa in iudicium de ducta & contestata, de iure possessionis dubium mouetur, l. nemo ambigit, eo. C. Atque litis contestatio sic interruptit vsucapionem, ut possessio sequens non possit prodesse iuncta priori, l. mor & litis, C. de rei vindica. l. 3. §. l. nec bona fide, C. de praescrip. long. temp. Quinimo interrupta hac contestatione, vsucapione seu praescriptione, quamuis minoris erit ea temporis, quae caepa erat, desiderantur in redintegranda praescriptione quadraginta anni ab vltima die litigii computandi, l. §. exceptis, de annal. except. l. fin. de praescrip. 30. vel 40. ann. C. placuit, in 2. §. hac, de praescrip. in l. 16. q. 3. in aliis quamuis interruptionibus, quam per litis contestationem, requirantur tantum 30. anni restituendis, d. c. §. §. ibi gl. Dummodo haec contestatio fiat coram idoneo & suo iudice, l. per. C. ne de stat. defuncti. Obtinuit etiam, ut si contestatio vel vocatio in ius fieri non potest, propter infirmam aduersarii possidentis potentiam, absentiam, infantiam sine tutore, vel ob penuriam iudicis, sufficiat oblatio libelli & protestatio vice contestationis, secundum formam traditam in l. 2. Cod. de anna.

exception. & in c. placuit, 2. §. hæc de præscriptionibus, in l. 16. q. 3.

7 ¶ Secundo, ¶ si quis completa præscriptione cautiones, ex quibus possidet, innouet, interpellatur præscriptio & possessio prior interruptitur, & non prodest. *l. cum notissimi, §. sed & si quis, de præscript. 30. vel 40. ann.* ¶ Tertio ¶ interruptitur longi vel longissimi temporis præscriptio, si precibus impetrata sit a princip e, & eius re gratia executor rescripti datus & missus sit, *l. licet, §. 2. eo. tit.* Executor potro nõ expectatur in annalibus præscriptionibus, quæ solum precum & libelli facta principi oblatione interruptuntur, sine contestatione, *l. 2. quand. libell. princ. obl. facit lit. contest. l. 2. de an. excep. C.* In istis tamen Guido Pap. distinctionem adhibet, *Guid. Pap. decis. 416. nu. 2.* & ait, præscriptionem longissimi temporis inductam in odium negligentium, interrupti per simplicem citationem: vt in l. omnes, & l. cum notissimi, de præscript. 30. vel 40. anno. Si citatio instruat vocatum, de qua re agatur: aliter minime simplicem citationem interrumpere, quia hinc nulla colligi potest negligentia, *idem eod. §. decis. 488. Masuer. in pra. tit. de præscri. nu. 11. per lex multis, de ann. excep.* Aliam vero præscriptionem, quæ in fauorem præscribentis est, in bonis mobilibus cum titulo & bona fide, ait non interrupti per litem contestationem, & multo minus per citationem solum, sed tantum per sententiam diffinitiuam, per l. si post acceptum, de rei vind. P. l. 2. §. fin. de vsucap. pro emto. Aliam autem mediam præscriptionem ait, inter odiosam & fauorabilem 10. vel 20. ann. cum titulo & bona fide. Et in hac mediam viam sequendam, vt interruptatur per litem contestationem, non per simplicem citationem: & ita de ea intelligi l. more litis, C. de rei vind. Aliam autem esse præscriptionem, quæ currit sui natura, non considerato odio vel fauore, vt in actione rehditoria, & quanto minoris: & hæc interrupti per solum contestationem vel oblationem precum factam principi, & ita intelligi l. 1. & 2. quand. libell. princ. dat. lit. contest. fac. C. ¶ Quarto ¶ interruptio ciuili sit, si quis præscribit ex contracta debitum, vsuras debitas soluat: quia currit præscriptio a die tantum non solutarum vsurarum, *l. si quis emtionis, §. si. de præscrip. 30. vel 40. ann.* & per sy nodalem proclamationem, *ca. sanctorum, 10. de præscrip.* ¶ Sunt ¶ alia quæ ad interruptionem referuntur, quæ tamen non omnino eo pertinent. Et proinde dico, aliquando etiam ciuilitate aut naturaliter, non quidẽ omnino interrupti præscriptionem, sed suspendi conceptam: vt aliquanto tempore eius continuatio quiescat medio tempore, quod subducitur ab omni lapsu temporis, vt minime nocuum. Differtque hæc suspensio possessionis ab interruptione prædicta, quod interruptione facta, prior possessio non prodest: sed si postea quis velit præscribere, de nouo debet incipere possessionem, *l. cum heredes, §. 1. de acq. possess. l. 1. nec bona fide, de præscrip. long. temp. C.* At vbi suspenditur præscriptio subdacta quietis tempore, posterior possessio cum priore coniungitur. Quod exemplis palam fiet. ¶ Primum ¶ in ecclesia, cuius iura sede vacante præscribi non possunt, & si ante vacationem cepta fuerit præscriptio, hoc tempore continuari nequit: & si de pastore prouisum fuerit, continuabitur quidem prior possessio, subdacto tamen tempore vacationis, *c. i. in c. gl. fin. & c. auditis, & c. de quarta, de præscri. c. 1. 2. 3. ne sede vaca. c. quia diuersitatem, de concess. præben.* ¶ Aliud ¶ est in muliere exemplum, aduersus quam non currit præscriptio dotalium rerum pendente matrimonio, & nisi a die, quo agere ipsa potuit, vel post matrimonium vel pendente eo, vergente marito ad inopiam, *l. in reb. §. omnis, C. de iure dot. l. cum notissimi, §. illud, de præscrip. 30. vel 40. an. C.* Quod quidem de cepta vsucapone dotalium ante constitutionem earum in dorem putant verum esse, vt pendente matrimonio non possit continuari præscriptio. Quod tamen negat Triphoninus Iuriconsultus, *in l. si fundum, 16. de fundo dot. P.* nisi dicamus responsum eius corrigi iure nouissimo, per d. §. omnis, vel intelligendum, quando maritus est soluendo, & præscriptio eius culpa facta est, eo quod cum possit non reperierit: tenetur enim tunc luere: contra autem, si mulier res suas dotales prosequatur. Ego tamen verius puto, ceptam vsucapionem, contra mulierem pendente matrimonio perici, & secundum Triphonini distinctionem maritum aliquando teneri, aliquando minime. Rationem nobis videntur assignare duo insignes Iurisc. Papin. & Vlp. Alienationes enim, inquit Papin. *l. alienationes, 13. fam. ercisc. P.* post iudicium acceptum interdita sunt, dumtaxat voluntarie, non qua vsu fructuorem causam & originem iuris habent, necessariam. Sed si vsu apio fuerit cepta, ait Vlp. *l. sed si vsucapio, 14. eo. tit. ab eo qui heres non erat, ante litem contestatam, & postea impleta fuerit, rem de iudicio subducit.* Vt quamuis lex Iulia prohibeat alienationem do-

talium, *l. vn. §. cum lex Julia, C. de rei vx. act. §. 1. quibus alien. lic. vel non, cum similit.* tamen non videntur pertinere ad eam legem, quæ iam cõperunt ante matrimonium alienari. Alienationis enim species est vsucapio, *l. alienationis, de verbor. signif. l. 1. de fun. dot. C.* ¶ Quomobrem ¶ aliud exemplum istius suspensionis præscriptio nis & 3. proferatur in tempore hostilitatis, quo durante nõ currit præscriptio, *c. prima actione, 16. q. 3. l. post limum, de capi. & poss. reuer. P. c. ex transmissa, de præscr. & si cepta ante hoc tempus fuerit præscriptio, non interruptur petur, sed subducto eo tempore hostili, reliquum tempus præterito iungitur ad continuationem possessionis, *Inno. & DD. in d. c. ex transmissa, facit c. solite, de maior. & obed. c. auditis, c. de quarta, de præscr. Bal. in l. imperialis, de pace cõf. in extran. feud. per illum rex. Cosmos Gaynier. ad §. 1. & ad verbu hostilitatis, de pacif. poss. in præscr. antl.* ¶ Quartum ¶ exemplum in præscriptioe, quæ fit contra filium fa. Nam consentiunt omnes quidem aduersus eum, quandiu in potestate patris est, non currite præscriptionem, quia eo tempore agere non potest pro suis rebus: & tantum a potestate liberatione computandum tempus, *l. 1. & fin. de ann. excep.* ¶ Quintum ¶ in minore, in quo præscriptio quidem cepta contra patrem, in eius persona continuatur secundum ius antiquum, quamuis daretur pro tempore minoris ætatis restitutio in integrum, *l. Amylius Largianus, 39. de min. 25. ann. P. l. 1. C. si aduer. vsucap. Sed hodie quiescit præscriptio, ne instituitur pendente minori ætate, l. si in qui. cau. in integ. rest. non est necess. C.* Et est subducenda a præscriptione contra res eorũ ætatis impubes, *l. cum notissimi, in prin. & l. licet, ver. nec sufficit, de præsc. 30. vel 40. an. l. non est in cognisum, C. qui non obis. lon. temp. præsc.* Cum enim res minorum prohibeantur sine solemnitate alienari, *in l. lex que tutoris, de adm. tut. C. o. tit. de prædis & alis reb. min. sine dec. non alie. C. tit. de præd. & al. reb. mino. P.* prohibentur quoque vsucapi, quia & vsucapio, vt diximus, alienationis species est. ¶ Subducitur ¶ etiam & ratio temporis, vt non obis illis, qui adfuerint ob ministeriũ principis, publicumve obsequium, quãdiu in ministerio versantur, *l. 2. quib. non ob. lon. temp. præscr. C. l. 1. & l. inter eos, in fi. ex quib. cau. maior. l. 1. & l. videlicet, eod. tit. P. l. absentia, de reg. iur. id;* per restitutionem saltem in integrum, vt quãdo de præscriptione restituenda, instituta pendente captiuitate agitur redeunte capti uo iure postliminii, *l. ab hostibus, 15. & l. ai prator, 23. §. pen. ex quib. cau. maior. P.* ¶ Tradit ¶ etiam Masuer. in præxi, de præscr. nu. 8. post Barr. ad l. 3. §. Labeo, de acq. poss. subduci etiam debere a cursu temporis præscriptionis fundi inuudati tempus, quo fundus remanet inuudatus.*

De titulo vsucapionis seu præscriptionis.

CAP. 7.

- 1 Titulus quid generaliter, & in vsucapionibus, 2.
- 3 Titulus in vsucapione qualis esse debet, & insigniores titu. 4. §. 5. & seq. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
- 6 Præscribi non possunt res inalienabiles, vel lege, vel prohibitionis restatoris, & res minorum.
- 10 Error iustus in præscriptionibus omnibus prodest.
- 12 Præscribens omnia re, quam præscribit, tanquam sua vti debet: at loquitur nihil agit.
- 13 Titulus in quibus præscriptionibus non exigitur.

Titulus ¶ id generaliter dicitur, per quod aliud ab alio distinguitur, ambiguitatem & incertitudinem remouendo, vt in rub. *Et nemo prinat. tit. reb. suis vel alie. imponat, vel vela. reg. susp. C.* Hinc epigraphe titulus est, qui quid tractari debeat, breuiter demonstrat, vt Ouidius, *Legerat. huius amor titulum, nomenq. libelli.* Sic titulus nomen accipit rei demonstratæ, & sumitur pro actione, iudicio, possessione, causa, modificatione, signo, *gl. in l. non est ambiguum, fam. ercisc. pro beneficio, & aliis officiis & ministeris ecclesiasticis, late gl. in c. dudum, in 2. in ver. intrinseca, de elect.* ¶ At ¶ dicemus titulum in vsucapione, esse causam, propter quã quis effectus est possessor. Vt pro suo possidet, qui possidet ex causa, ex qua nobis dominata acquiritur, vel iure gentium, vel iure ciuili. *l. 1. pro suo, in P.* vt si emit pro emtore, id est, tanquam emtor quilibet possidere dicitur. Quomobrem & responsum est tot esse genera possessionis, quot luit causæ acquirendi eius, quod nostrum non sit, *l. 3. §. fin. de acq. poss. P.* vt pro emtore, pro donato, pro dote, pro herede, pro suo, &c.

¶ Constituitur ¶ autem regula generalis maxime pro vsucapionibus & longi temporis præscriptionibus, vt sine titulo iusto præcedente non procedat vsucapio, *l. nullo iusto præcedente, 24. de rei vin. l. si. C. ne de sta. defun. post quinq. quæra, c. si diligenti, de præsc. Exigitur*

exigitur autem vt hic titulus verus fit, hoc eſt, vt cauſa propter quam quis poſſidet rem alienam, vere interuenit, non ſimulata, vt in *ſeruum communera*, *C. famul. erit*, vt ſi q. *eramus* de titulo pro emtore, oportet vere factam fuiſſe emtionem, non ſimulatam. *l. 2. pro emtor. P.* Sic de aliis *§ error falſa cauſa, de vſucap. l. ſi. C. pro herede, l. 1. pro donat. P.* Nec diſtina poſſeſſio tantum iure ſucceſſionis ſcilicet erronea & falſa, ſine iuſto titulo, id eſt, niſi vere ſucceſſerit, obſtata prodeſt. *l. diſtin. de preſcrip. long. temp. C. l. opinione, & l. ſina. C. pro herede. niſi error probabilis, facti poſſimum alieni ad ſit, l. pro legato, pro leg. P. l. ſin. pro ſuo l. quod vulgo, 11. pro emtor. § Tituli ſi veri & iuſti ad vſucapiendum illi ſunt, quia dicitur de iurium acquirendum & transferendum per dominium id docet ſunt, qui iuſtam cauſam habent traditionis, quales plures numerantur, in *l. 3. ſin. & l. 4. §. 6. 7. 8. de publi. in rem actio. in P. & titulis de vſucap. pro emtor. l. 7. C. tit. 2. 6. & ſeq. & l. 4. 1. P. uul. ſeq. pro ſoluto, 4. cum ſeq.* Iuſta porro cauſa hæc traditionis, ſi fiat ab habente potestatem & a domino, cum poſſibilitate transfert dominium: ſi dominus vero non ſit, animo tamen tranſferendi dat poſſeſſionem ex cauſa, quæ apta eſt tranſferri per ſe, ſequitur inde vſucapierit vel præſcribendi facultas, *§. ex his itaque per quas perſon. nob. acquir. lib. 2. in ſtit. iur. conſult. tit. 9. l. clauibus, 7. 4. de contrahen. emi. P.* Quod ſi cauſa, ex qua datur poſſeſſio non ſoleat tranſferre dominium facta a domino, nec tunc etiã a non domino facta poterit vſucapierit dare facultatem: vt ſi quis ex cauſa pignoris vel precarii poſſideat, *l. quæcunque ſunt, 15. inter dũm, de publi. in rem act. P. l. 2. de preſcrip. 30. vel 40. annor. ſi vel furto quis rem adeptus ſit, ſi ſine iure quoque, de vſucapion. ſi nomine locationis, l. 1. com. de vſucapion. lib. 7. C. tit. 30. l. 2. C. de preſcrip. 30. vel 40. annorum, l. 1. in quibus cauſis, long. temp. preſcrip. C. l. 2. §. quod vulgo pro herede in P. de poſiti, d. §. quod vulgo, commodati, d. §. quod vulgo, iuris emphyteoteos, l. cum noſſiſſimi, 7. §. ſina. de preſcrip. 30. vel 40. annorum, C. procuratorio, d. §. ſi pignoris, l. pignori, 3. de vſucap. vſufru. tuarii, §. fru. tuarius, per quas perſon. nob. acquir. l. acquiritur, 10. §. ſi de acq. rer. dom. P. ubi apponuntur rationes, l. neg. fru. tuarium, 8. de vſufr. C.**

¶ Porro ¶ tituli ingnorios vſucapionum ſunt plures, vt primum, pro ſoluto, *Pro ſoluto*, inquit Hermogenes, *l. 1. pro ſoluto, P.* vſucapit, qui rem debiti cauſa recipit: & non tantum quod debetur, ſed quod debet pro debito ſolutum, hoc titulo vſucapi poteſt. Verum, vt ait Paulus *l. iuſt. conſult. l. 3. eod. idem in l. 2. verſi. ſi tamen, pro emto. P.* Si exiſtimans me debere tibi tradam, tunc vſucapio ſequitur, ſi & tu putas debitum eſſe. Omne quod nomine debiti veri vel putati datur in ſolutum, hoc titulo vſucapitur: ex quacunque cauſa debicum patetur vel ſit, ſiue et contra tu, ſiue ex vltima voluntate. Proinde ex cauſa tranſactionis habentis iuſtam cauſam poſſeſſionis, vſucapere poſſunt, vt reſcripſit Imperator Philippus, *Lex cauſa, 8. eod. C.* Videlicet ſi res ex cauſa tranſactionis ſoluta vel tradita ſit, aliter, ſi tradita non ſit, ſed retenta ex ea: quia ſi res eſſet actoris ex ea tranſactione, non tranſſerretur dominium, *l. ſi pro fundo, & l. ſine apud, & l. ſi ſuper poſſeſſione, de tranſa. C.* Et ita procedit 2. vſucapio, quæ dicitur pro Tranſactione, *tit. 26. lib. 7. C. §. 3.* Eſt ¶ titulus pro Emto, *Pro emto*, ait Paulus, *l. 2. pro emtor. P.* poſſidet qui rem emiſit, nec ſufficit tantum in ea opinione eſſe eum, vt putet ſe pro emto poſſidere, ſed etiã debet ſubſeſſe cauſa emtionis. Aut iuſtus error, propter quæ quis nomine ſuo ab alio rem ſibi emtam putet, *l. quo l. vulgo, 11. eod. C.* Si quis a non domino emat, vel ſi emtio propter aliquam exceptionem eſt inutilis, emtor eam rem diuina poſſeſſione pro emto vſucapit: dummodo res ſint vendibiles. Nam ſi res ſacra, religioſa, aut alia ſit, quæ vendi prohibetur & alienari, non vſucapitur, vt alibi dictam eſt: neque etiã contra prohibitionem alienandi a reſtatore factam, *l. 2. de vſucap. pro emi. C.* Item dummodo qui vendit, vendere poſſet, ſi res eſſet ſua, non aliter, *l. 1. eod. C.* Et ita non ſit vſucapio rei venditæ a pupillo ſine tutoris auctoritate, *l. ſi. C. eod. l. eum qui, de auct. preſt.* Quod & receptum eſt, ſi tutor per errorem, vel aliter quam oportuit auctor pupillo vendenti factus eſt, *l. nunquam in vſucapionibus, 31. de vſucapio. P. l. qui a quolibet, 27. de contrah. emi.* Si tamen quis status maior em eum, a quo emat, a pupillo emerit, vſucapere poterit, *l. 2. ſi a pupillo, pro emi. in P.* non ſecus quã ſi quis a furioſo emat, quem ſanæ putabat mentis, vtilitatis tamẽ cauſa, *l. 2. §. ſi a furioſo, l. 1. Si ſciuiſſet autem talem eſſe contrarium ſtatuendum, vt ſi ab eo emat, ait Paulus, l. ſi ab eo, 12. de vſua. P. quem prætor veniſſet alienare, idq. tu ſcius, vſucapere non potes. Et ita Iulianus quoque in alia ſpecie reſpondit, *l. qui ſciens, 7. §. qui ſciens, pro emto. P.* Qui ſciens rem emiſit ab eo, quem prætor vt ſuſpectum he-*

redem diminueret, vſu non capiet. Hic enim mala fides ſcientis inhihet vſucapionem, vt & is qui a domino etiã emit luxurioſo, proinus ſcorto datur pecuniam, non vſucapit, *l. ſi quis cum ſcort. 8. eod. C.* Nec qui ſcienter rem eſſe alienam a non domino comparauit, *l. ſi partem, 5. C. eod.* Singulare etiã eſt, pro emto eum non vſi capere, cui res vna pro alia vendita traditur, & contra eum præſcribere, cui modus agri maior, quam venditus dicitur, traditus fuerit, *l. 2. §. cum Syechum, eo. tit. P.* ¶ Pro ¶ donato vſucapit, cui res nomine donationis vere data eſt: nec ſufficit inopinari, ſed & donatum eſſe oportet, *l. 1. pro don. lib. 4. P. tit. 7. l. 1. & ſi. C. eo.* Et hic quoq; præſcripſibilis res eſſe debet, antequam vſucapitur: aliter nec hoc titulo præſcribitur, vt in re furtiua palam eſt, *l. 2. C. eo.* Perſonæ quoque debent eſſe idoneæ donationis faciendæ & acceptandæ. Quare nec vſucapitur pro donato, donatum coniugi a coniuge, aut a patre filio famil. quia iure iſtæ donationes non ſubſiſtunt pure, *l. 1. §. ſi pater, & ſi inter virum, pro donat. P.* niſi rei alienæ faciat donationem vxori maritus, ex qua pauperioſ non ſit factus, *l. 3. eo. P.* Inſpicitur & quod principaliter geritur, ſecundum Hermogenianum, *donationis cauſa facta venditione, non pro emto, ſed pro donato, res tradita vſucapitur, l. ſi. eo.* ¶ Titulus ¶ etiã vſucapionis, & quidem iuſtiſſimus, qui vocatur ¶ pro dote: vt qui in dotem rem accipiat, vſucapere poſſit, ſiue ſingulæ res, ſiue vniuerſæ in dotem dentur ratione matrimonii, & eo inito. Nam ſi antea dentur res, pro ſuo vſucapiuntur: atque ſi non ſit matrimonium, ceſſat hæc vſucapio, *l. 1. & 3. pro dot. P. l. 4. 1. tit. 10. l. 1. C. eo.* quia nulla dos, vbi nullum matrimonium, *d. l. 1. & l. cum mul. de don. ante nup. C.* Hic pari modo res ſine vitio eſſe debet, *d. l. 1. C. id eſt, præſcripſibiles, & peroræ diſpoſitæ, vt in aliis.* ¶ Alius ¶ titulus pro herede, quando quis putans he heredem, aliam rem poſſidet, exiſtimans hereditatis eſſe, *l. 3. pro herede, libr. 4. P. tit. 6.* Hic quoq; par eſt res eſſe ſine vitio, quod præſcriptionem non prohibeat, *vt in l. 2. §. quod vulgo, eo. P. l. 4. C. eo. tit. & perſonæ idoneæ: nam de extraneis hereditibus titulus hic dicitur, qui teſtamenti factio nem paſſiuam habeant, l. ſi. eo. tit. P.* Et in capibus iuſtus nõ eſt titulus, neq; ſucceſſionis ſolum ius ſufficit, *l. diu. titina, de preſcr. lon. tem.* Item qui ſuus heres eſt ab inſteſtato, ſiue ſolus, ſiue cum coherede extraneo ſuccedat, nõ dicitur pro herede vſucapere ea, quæ ſunt hereditatis paternæ, *l. 2. §. filium quoq; pro herede. P. l. niſi, 2. C. eo.* non enim nouum titulum ſuus heres poſt mortem patris videtur conſequi, qui pendentis eius vita, dominus bonorum patris cenſetur, *d. l. 2. §. filium, & l. in ſuis, de lib. & poſt.* Exigimus & hic, vt antequam incipiat pro herede titulus, vt vere quis heres inſtitutus ſit, & vt qui inſtituit deceſſerit: nam vni bona, pro herede poſſideri nequeunt, *l. 1. pro herede. P. l. 3. C. eod. tit.*

¶ Titulus ¶ pro derelicto eſt, quando ſcimus rem a domino pro derelicto habitam, & eam poſſidemus eo animo, vt nobis acquiramus, *l. 1. 2. 3. 5. pro derelict. lib. 4. P. tit. 8.* etiam ſi ignoremus a quo derelicta ſit, *l. 4. eod. P.* Qui enim pro derelicto habuit, videtur donante ei, qui primo occupauerit, *l. ſi id quod, 5. §. 1. eod. & nullus res facta elurratione domini, primo occupati quaeritur, in §. hoc amplius, de rer. diuiſ. l. 3. & l. naturalem, §. 1. de acq. rer. dom.* Nec intereſt res quæ ſit mobilis vel immobilis, pars an tota, *l. 3. pro derel. P.* animata vel inanimata, *l. ſi. eo.* Vere tamen vt habitæ ſit pro derelicto exigitur, & nemo poteſt vſucapere, qui falſo exiſtimauit rem pro derelicto habitam fuiſſe, *l. nemo poteſt, 6. eod. niſi iuſtus error interueniat, vt generale eſt omnibus vſucapionibus, l. Ceſſus, de vſucap. P.* ¶ Pro ¶ legato poſſeſſio & vſucapio nulli alii, quam eſt cui legatum eſt competere, *l. 1. pro legato, lib. 4. P. tit. 9.* ſi res aliena legata ſit: aut reſtatoris quidem ſit, ſed codicillis adempta ignoretur: ſi in nomine ſit dubitatio, vt ſi vitio ſit legatũ, cum duo eſſent eius nominis, *l. pro legato, 4. eod.* ſi non iure legatum relinquatur, vel legatum ademptum eſt, *l. ſin. eod. tit. l. cum quidam, §. quod ſi ipſe putet, de acquir. hered. P.* Oportet tamen rem eſſe vere legatam, aliter non procedit hoc titulo vſucapio, *l. 2. eod. tit.* Item & perſonam, quæ vſucapit, eſſe capacem accipiendi legati, *l. nemo poteſt, 7. eod. C.*

¶ Ceterum, ¶ quod pertinet ad titulum pro ſuo, hic generalis ¶ eſt, & qui ad præcedentes titulos recte accomodat, vt qui pro legato, pro emto, & c. poſſidet, poſſit dici poſſidere etiã pro ſuo, *l. 1. pro ſuo libro 4. P. tit. 11.* Sed & illa quæ aliunde iure poſſidemus, quæ notam particularem non habent, recte dici poſſidere pro ſuo: vt quæ mari, celo, terræ capimus, quæ nullius erant, quæ per alluionem accedunt, partus hereditariæ aut emtæ ancillæ fructus rei emtæ aut donatæ, *l. ſecunda, eod. tit.* Si tradita mihi res, quam mihi debet ex ſtipulatione

existimabas, & ego quoque, l. 3. eod. quod possessum est post mortem patris ex diuisione facti per patrem, l. 1. §. fin. eo. auctore prætoris, l. iuste possidet, x. l. perm. sceris, 52. de acq. possess. P. l. qui auctore, 180. de reg. iur. ad iudicationem quasi de communi fundo, l. si per errorem, 17. de vsucap. P. cessione, l. non solum, 33. §. si mibi Titius, de vsucapio. P. & aliis similibus modis. Communeque & veluti substantialitate esse videtur omnibus præscriptionibus seu vsucapionibus, vt qui possidet, vtatur re tanquam sua, & possideat tanquam suam: alioquin enim, si alio animo, & alia opinione possideat, tunc præscribit, gl. in l. 1. §. sufficit, in ver. iure, de aqua quor. P. rext. in l. 1. §. Julianus recte ait, & l. si de iur. act. prima, P. l. 1. §. aristo, de aqua quor. Hinc fuit necessaria vsucapio pro suo, non valde curantibus Iurisconsultis de examinatione nominis titularum. Cum & inter iustas causas præscribendi sit domini negligentia, l. furum, 27. de vsucap. P. & patientia eius ab alio res suas possideri permittentis, l. 2. C. de acq. poss. l. alienationis, de verb. sig. traditionisque instar patientia, & voluntas domini in alium rem suam transferre volentis, quæ rata esse debet & pro iustissimo titulo, l. r. aditionibus, C. de pact. §. per traditionem, de rer. diuis. cum siml. Et qui non impedit, videtur pati & consentire, l. & si forte, §. i. si fer. vind. P. l. 2. §. voluntate, sol. matrim. P. maxime hodie, cum non scientiam, sed negligentiam domini perpendamus in præscribendis rebus longo tempore 10. vel 20. annor. in corporalibus, eodem obseruando si res soli non sint, sed incorporales quæ in iure consistunt, qualis usufructus & ceteræ seruitutes, dummodo bono initio possessio teneatur, iust. in l. fin. de præsc. lon. temp. C.

¶ Bonum ¶ initium præsumitur ex lapsu longi temporis, non secus quam ex alio titulo: quia longi temporis consuetudo vicem seruitutis, hoc est, constitutionis & tituli, obtinet, l. 2. de serui. Cod. Vtrumque explicat Vlpia. his verbis, Si quis diuturno vsu & longa quasi possessione, ius aqua ducenda nactus sit, non est ei necesse docere de iure, quo aqua constituta est, veluti ex legato vel alio modo, sed vtilem habet actionem, ut ostendat, per annos seruator, non vi non clam non precario possidisse, l. si quis diuturno, 10. si fer. vin. P. Atq; regula videtur communis vsucapionibus, vt si ius commune non inducat præsumtionem contra præscribentem, non exigatur titulus, vbi est consuetudinis longæ auctoritas, c. 1. de præscrip. in 6. præsumitur enim pro possessore, quando non docetur de mala fide eius, §. commodum, de interd. l. ex. si at decretum, de iure sig. P. l. si quidem, C. de excep. Et res alienas possidens, vt rescripserunt Dioclet. & Maxim. Cæ. licet iustam tenendi causam non habeat, non nisi suam intentionem implenti, restitueri cogitur, l. si. C. de rei vind. Proinde ex sententia Arcadii & Honorii Cæ. cogi. possessorem ab eo qui expetit, iustitiam suæ possessionis dicere, inuisibile est, l. cogn. vi. de petit. hered. lib. 3. C. i. 31. l. negantes, de act. c. ex literis, de prob. c. 1. 2. §. 5.

De bona fide requisita in vsucapione. Cap. 8.

- 1 Titulus vsucapionis esse debet cum bona fide.
- 2 Bona fides possessoris, vel mala, a quo probanda.
- 3 In possessione bone, vel male fidei, quæ perpendenda.
- 4 Mala fides superueniens vsucapioni cepia, an interrumpat eam. Et num in omni tempore præscriptionis bona fides interuenire debeat. & seq.
- 5 Debitor non potest præscribere contra creditorem debitum.

¶ Vitus titulus, qui in vsucapione exigitur, bonam fidem postulat: alioquin iniustas & male fidei possessor non vsucapit, c. possessor, de reg. iur. in 6. c. veniens, c. vigilanti, & c. si diligenti, & c. si de præsc. l. si. C. pro hered. §. 1. de vsucap. Bonæ fidei existimatur possessor, qui aut ignorat rem esse alienam, aut qui eum qui vendidit, existimabat habere ius vendendi, veluti ratus eum esse tutorem vel curatorem, vel procuratorem domini, l. bone fidei, de verb. sign. P. l. qui a quolibet, de contrah. emt. P. Qui vero contrarium nouerat, male fidei iudicandus: imo videtur bonæ vel male fidei testimonium maxime ex conscientia propria possidentis. Quare qui iure possidet, si existimet se iure non possidere, neque procedit vsucapio, l. si fer. 31. §. 1. de vsucap. quia non possidet, qui non habet animum possidendi, l. 4. §. si pupillus, de vsuc. P. ¶ Præsumitur porro quilibet bonæ fidei possessor, nisi contrarium doceatur, l. verus, C. de procurat. ca. fin. de præsum. l. merito, pro soc. P. & præsumitur ignorantia rei alienæ, vbi conscientia non probatur, l. si de rei vindic. C. l. cogi, de petit. hered. C. Et pro possessore, vt antea dictum, facit & auctoritas lapsi temporis, vt omnia vt oportet presumantur transacta, l. qui in aliena est possessio, §. sed & si non adierit, de acquir.

hered. l. sciendum, de verb. oblig. P. Et auctore contrarium non probante, reus abluetur, l. qui accusare, C. de edendo. In quo lubens discedo a sententia Baldi & aliorum, qui in l. 2. C. de seruitutibus, existimant eum, qui se in seruitutis possessione esse contendit, probare debere bonam fidem, per l. si quis diuturno, si serui. vindit. P. vbi sufficit dicere possidentem, se non vi non clam non precario possidisse: quum tamen illa lex oneret possessorem ad probationem possessionis, sed non ad probationem qualitatis. Et ita qui obicit malam fidem præscriptioni, probare debet, l. pen. C. de emt. §. non solum, l. ei qui agit, de prob. in P. l. actor, C. eod. nisi per se manifesta sit mala fides, veluti si quis detineat ex contractu contra prohibitionem legis initio, l. quem admodum, de agric. & cens. lib. ii. C. vel si a procuratore colludente secum in fraudem domini, vel ab eo quem scit pecunias in scortationes profusurum, emerit, in l. qui fundum, §. qui sciens, & l. si quis, de vsuc. P.

¶ Ceterum, ¶ vt quæ de mala & bona fide hic obseruanda sunt, facilius innoteant, perpendemus res, personas, & negotia seu titulos, de quibus dictum est. In rebus, initium, medium, & complementum temporis vsucapiendi: in personis, eas quæ per se sibi acquirunt, & quæ nomine alieno aliis. Initium refertur ad tempus tituli & quo contrahitur, quo tempore debet adesse bona fides, l. 2. pro emto. Et in titulo pro soluto, tempus quo soluitur, l. 3. pro solu. P. Sic in aliis, in quibus, si initium mala fide initium sit, vitium hoc rem ita afficit, vt possessorem succedentem in eum male fidei possessoris comitetur, l. vitia, C. de acquir. possess. diuina, de vsucap. V nec per heredes bonam fidem emendari possit, l. fin. com. de vsucap. P. l. vn. §. hoc tantummodo, de vsucap. transfo. nisi ex sua bona fide, non defuncti continuata, præscribere velit, Alex. cons. 9. vol. 4. Toties & bona fides requiritur, quoties reiteratur adeptio possessionis, etiam sine nouo titulo: vt si quis vi de possessione deiectus, rursum in possessionem redeat. Nam si tunc cognouerit alienam, non vsucapit, l. qui fundum, §. qui bona fide, pro emt. P. ¶ Quod ¶ pertinet ad superuenientem tamen medio tempore malam fidem, placuit eam non interrompere vsucapionem iure ciuili, l. vn. §. pen. de vsucap. transfo. potissimum in præscriptionibus longissimi temporis 30. vel 40. ann. quia nec in illis titulus exigatur, l. omnes, & l. scit, de præsc. 30. vel 40. an. Iure tamen pontificio responsum, necitas posse esse sine bona fide, ca. si diligenti, c. vigilanti, c. si de præsc. l. possessor, de reg. iur. in 6. Et putant in hoc corrigi iura ciuilia, gl. Innoc. Imo. Panor. ad c. si de præsc. Ang. & Imo. ad l. sequitur, §. si viam, de vsuca. P. Hic certe ambigua controuersia est in longissima præscriptione: nam in alia, superuenientem etiam ciuili iure malam fidem, vitare eadem expresse responsum videtur, & ex possessore legitimo per eam fieri prædonem, l. sed et si lege, §. de eo, de petit. her. l. si a me, de iud. P. l. certum, de rei vind. C. in si. illorum, in si de offic. iud. l. iurigeniti, §. sine autem, de pact. P. l. si quis emtionis, §. de præsc. 30. vel 40. an. Dubiū facit contra præscriptionem, quod si admittamus malam fidem prodelle, dicamur impingere in præceptum iuris, alterum non lædere: & in aliud, ius lauari cuique tribuere, l. 1. §. iuris præcepta, de iust. & iur. P. §. iuris præcepta, eo apud iustim. Et contra præceptum D. Pauli, vt nemo circumueniat in negotio fratrem suū, 1. ad Thell. 4. quodve quis ex sua malitia reportet commodum, l. in fundo, de rei vindic. P. l. si cui, de serui. c. plerumque, 23. de rescri. Alioquin contra iuris constitutiones, l. ne ex dolo, de dolo, P. lucrum consequetur ex eo, quod reprehensionem & pœnā meretur. Subinde nemo legis auctoritate decipi debet, l. de his qui ven. etus. impe. C. Et iura lapsis, non decipientibus subuenire solent, l. 2. & 3. si minor se malo dix. C. l. 2. ad senatus cons. Sylla. P. Addere licet, tempus solum non videtur sufficiens ad inducendam vel tollendam obligationem, l. obligationum, §. placet, de actionibus. P. l. si certis annis, Cod. de pactis. Quamuis non ignorem Bartolum, ceterosque fere omnes interpretes, existimasse illinc expiendam hanc præscriptionem triginta vel quadraginta annorum, Bart. in l. omnes. num. 3. & alii Doctores, de præscription. triginta vel quadraginta annorum, & idem Bartol. in l. final. rem ratam haber. Contrariam autem sententiam firmare videtur negligentia creditorum, & possessorum vitia publica, & alia quæ viuapionem fouent tractatum, de quibus Deo fauente postea. Quamobrem existimo verissimum esse in foro conscientiæ, semper possessorem, qui nouit aliena se possidere, ad restitutionem teneri: neque dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum, ca. cum re, de vsuris, ca. peccatum, de regulis iuris. Neque vsucapio, quæ bono sine inducta est, tutum peccandi præsidium impiis esse debet, & quæ ignorantibus peccato non adscribuntur, scientibus & improbis excusationi non debent

debet esse: neque improbus pro puritate tempus prætere-
debet, §. 1. ut eccle. Rom. 10. o. ann. gaud. præscrip. Et tanto grauiora
peccata sunt, quanto diutius animam tenent irretitam, c. si de con-
suet. c. cum haberes, de eo qui dux. in mari. quam prius poss. per adul.
c. cum in ecclesia, de simon. Ita recte Bart. in l. omnes populi, de inst. &
iur. P. adde l. conuenire, de pact. dot. P. existimat, neq; statutum mu-
nicipale, vel legem valere de hoc, quod inducat ad peccatum.
Quod autem pertinet ad ius fori & controuersiarum distinctio-
nem amitterem: nunc mala fides possessoris superueniens nota
sit & probata, vel probabilis, an vero ignota alii quam possessori.
Nam in primo casu, arbitror iudici Christiano sequendum id esse,
vt quandoque nouerit malam fidem, iubeat possessionem re-
linqui per iam explicatas rationes. ¶ Possimū t̄ si agatur de ipso
debitore, qui per se contraxit, & qui nunquam quidem proprium
ignorare impune potest. Et ita nunquam præscribere poterit ac-
tionibus creditoris, iuxta sententiam quoq; Host. in c. per tuas, de
donat. Io. Andr. ad c. 2. de except. & Card. ad c. vigilanti, de præscrip.
Quid enim meruit creditor, vt actione priuetur, qui gratiam fe-
cit debiti per patientiam longam debitoris? Ingratissima enim est
retributio ei, qui nec vitras accepit, sic enim intelligo, & benefi-
cium contulit, suo priuari, vide alias rat. apud Gui. Pap. decif. 199.
Quod si quis dicat heredē debitoris posse præscribere 30. vel 40.
annis hoc debitum præmortui, hoc verum quidem dicemus, si li-
gnorauerit debitum, nec interpellatus fuerit. Et ita ex sua perso-
na, nō defuncti præscribere poterit cum bona fide. Quod si mala
fide vel incipiens, vel superueniens sit tantum cognita possessori,
aut non fuerit probata, quod pertinet ad iudicium cōtentiosum,
tutus certe erit possessor, quia iudex tantum secundum allegata &
probata iudicat, l. licet iuris, §. veritas, de off. præsid. P. cum siml. quan-
do illa scientia est secreta possidenti, & nullus apparet actus ex-
trinfecus, iuxta l. si scit, de vsucap. de occultis solus est iudex Deus,
c. cognouit, 2. q. 5. At in cōscientia qui nouit rem se possidere alie-
nam, & ita iniuria & damno alterius, vt est & prædo, nisi restituat,
& reus est delicti coram Deo. Iisdem fere rationibus controuerti
potest quæstio, num superueniens mala fides post completam vsu-
capionem, seu præscriptionem, nullam faciat præscriptionem:
quam varie soluit gl. in c. vigilanti, de præscrip. Ego tamen verissi-
mam illam arbitror sententiam, si quis rem alienam possideat o-
neroso titulo, puta emtionis, permutacionis, solutionis, posse re-
sine serupulo retinere, si ei damna non resarciantur, c. quod debe-
tur, 14. q. 1. At si ex titulo lucratiuo, puta titulo donationis, legat
hereditatis, &c. non posse iuste retinere ex eo, quod sit aperte re-
e alienam, & iniuste per tempus præteritū possessorem, l. qui an-
tem, §. si quid cum pupillo, que in frans. c. r. P. Scio cautelam quãdam
obiciat Tho. Ferrario, c. aut. 38. his acquisitis rationibus. Scio &
rationes quãdam adferri posse ex constit. regis, quibus si intra
sex menses a prepositis vendita minutatim non petantur, cautum
est ne peti possint. Suntq; alia id genus, que creditorum malitiæ
& auaritiæ occurrunt. Sed ea non elidunt conscientiam debito-
ris, si sciat se debere, nec defendunt a peccato, si non soluat quod
nouit se debere. Neque sunt texendæ excusationes in peccatis: vt
consulte faciant iudices, qui non obstantibus istis, si liquido ap-
paret de debito, debitores condemnant.

De personis pro bona vel mala fide con- siderandis. Cap. 9.

- 1 Præscriptio per nobis subditos cuius bonam vel malam fidem de-
siderat.
- 2 Procuratoris bona vel mala fides ex persona mandantis motien-
da.
- 3 Mala fides prædecessoris an nocent successoris.

Quemadmodum t̄ per nos ipsos & per alias personas acqui-
rimus nobis: ita pro nobis quæsit vsucapione, & nostram
& aliorum exploramus bonam vel malam fidem. Quare in quæ-
sit nobis per filiosfam. vel per seruos ex causa peculiari, nō no-
stram, sed illorum consideramus fidem. Et proinde si illi aliena in
ea causa mala fide possideant, etsi nos ignoremus, impeditur vsu-
capio. l. 2. §. procurator quoq; uersus seruus tuus pro emto. P. Et con-
tra, si seruus meus bona fide emerit peculiari nomine, & ego re-
scierim alienam esse, procedit iure ciuili vsucapio, quia initiū pos-
sessionis sine vitio fuit, d. l. 2. §. si seruus, l. cum qui a furioso, §. prætor
ait, uersus d. enim, de publi. in rem actio. P. Dummodo dominus vel
parens præteritus non fuerint cum emeretur res, nec sciuerint esse
tuam rem alienam: etenim quia tunc ipsi prohibere poterant, ne

emeretur, non prodest ignorantia & bona fides rem peculiarem
tractantium. l. mo. de lib. cau. ¶ Porro t̄ in procuratoris persona,
vel eius qui mandato nostro euit, bona aut mala fides ex mandante
colligitur, d. l. mo. & l. in seruo, eo. l. 2. §. Pompo. pro emt. li enim &
similes, qui ministerium voluntatis alienæ exequuntur, non con-
siderantur in propria persona. l. Sulpitius, de don. int. uir. & v. l. 1. &
licet, de const. pec. P. ¶ At t̄ in successore testamentario & ab inte-
stato mala fides prædecessoris nocet ei, & ideo vitiose possessionem
rem a præmortuo, vt furtiuam, non vsucapit heres, l. 1. §. heres quo-
que, de vsuc. P. l. si. C. pro hered. & l. cum heres, de diuerf. & temp. præ-
scrip. Quia vitia possessionum transferuntur in heredes, l. vitia,
C. de acq. poss. Et heredes succedētis in vitium possessionis par for-
tuna cum defuncto habenda est, l. 2. §. si de fruct. & l. i. expens. Vt &
bona fides defuncti iure ciuili, si successor postea rem alienā sci-
uerit, prodest successoris, §. diutina, de vsuc. Facit 2. quod hereditas
ipsa hic consideratur, & vicem defuncti sustinet, l. si quis pro em-
tore, §. 1. uersus Marcellus, eo. P. l. hereditas, de acq. rer. dom. Tertio, he-
res & defunctus pro eadem habentur persona, §. 1. de iur. iur. an. in
Auth. l. cum heres, de diuerf. & temp. præscr. Et 4. nemo plus iuris in
alium transferre potest, quam ipse habeat, l. traditio, de acq. rer.
dom. l. si uis uersus, C. de lega. Et hereditas successō in ius, quod de-
functus habuit tempore mortis, l. hereditas, de reg. iur. l. nihil aliud,
de verb. sign. Et proinde heredes tenentur exonerare conscientiam
defunctorum, quibus succedunt, c. si de sepul. Guid. Pap. decif. 416.
nr. 8. & ad restitutionem iniuste quæsitōrum, maxime si res ad il-
los peruenierint, l. i. ex del. def. in quam hered. ten. C. l. 1. ut actio ab
her. & con. hered. in sep. C. Contraria ratione, quia per singularem
successionem, quis nō succedit in uniuersum ius tradentis, vt per
legatum: quiaue receptum est, cum onere heredis luendi rem a-
lienam a testatore legari posse, §. non solum, de lega. l. cum rem alie-
nam, C. eo. mala fides donantis, legantis, vel vendentis, vel alio ti-
tulo singulari concedentis, non obest accipienti, qui putat dan-
tem esse dominum, & est in bona fide, l. an uirius, de diuerf. & temp.
præscr. Sed & successor uniuersalis, qui ex persona defuncti, quæ-
erat in mala fide, continuare non potest possessionem, tamen ex
sua persona a se incipiendo præscribit, l. apud Celsum, §. de auctoris,
de excep. do. P. cum adminiculo sui auctoris & sua cautela, l. Pompo §.
cum quis, de acq. uel am. poss. P. Existimauerunt autem post Salyc.
aliqui, in Auth. male fidei, de præscr. lon. temp. quia auctoris admini-
culo particularis se a per fere successor vitium, vitium male fidei
ad particularem etiam successorem trāsire. Quod & ego probō.

De effectu vsucapionis. Cap. 10.

- 1 Præscribens excipit & agit ut dominus contra quæsumq;.
- 2 Præscriptionis exceptio impedit litis contestationem.
- 3 Exceptione peremptoria iudex non potest supplere, si non obici-
antur a litigantibus.

Recipuus t̄ effectus vsucapionis est, firmare dominium pos-
sessoribus l. 1. & 3. de vsuc. P. l. traditionibus, de pact. & nos pau-
lo antea, in simon. & ut is, qui rem vsucepit, aduersus vindictam
exceptione tutus sit, l. venditioni, 4. de vsuca. pro emt. C. l. 1. de vsuc.
pro don. C. Possit & aduersus eum, qui sibi fortuito possessionem
euerit, actione tanquam dominus repetere, l. si quis emtionis, 8.
de præscr. 30. uel 40. ann. C. Et quia ad litas finiendas vsucapio au-
toritatem habet, l. fin. pro suo, P. ¶ Ideo t̄ & impedit obiectio vel
exceptio vsucapionis, litis contestationem, c. 1. de lit. contestat. in 6.
Soc. in c. cum olim, nu. 19. eo. ap. Greg. Guid. Pap. decif. 416. Verumta-
men obseruandum est, hanc exceptionem vsucapionis, ita demum
prodesse ei qui vsucepit, si obicitur ab eo. ¶ Nā t̄ si non obicia-
tur, iudex non potest hanc supplere & admittere, Guid. Pap. decif.
221. Bar. Chass. ad §. 8. ad uerb. sunt uniformes, annot. fin. nu. 4. tit. des
forests, palturages, & riuieres, in consuet. Burg. Sicuti in iure patet,
idem responsum in ceteris exceptionibus, quæ si non opponan-
tur, non habita ratione eatum, ac si non competere, a iudice
pronuntiat. Quod illustrat pluribus probationibus Guido Pa-
peus, quem uideo d. decif. 221.

De rationibus inducendæ & approbandæ vsu- capionis. Cap. 11.

- 1 Vsucapio ad conseruationem rerum pertinet, & alia, ut per tot. C.
- 2 Negligentes legibus puniit.
- 3 Lites minuere scopis Iurisconsultorum.
- 4 Vsucapiones nem sunt contra naturam dispositum.

Pluribus t̄ possem firmare rationibus utilitatem, & causam
sam vsucapionum & præscriptionum, nisi me stylis ad alia

magis necessaria vocaretur tribus tantum contentus ero. Quorum prior, ex rebus ipsis firmamentum habet altera, ex personis: postrema, ex negotiorum vilitate. Ad rerum igitur primo necessitatem & conseruationem pertinet vsucapio. Futurum enim est, si res a dominis contendantur, nullo audente illas colere, metu ne euincantur perpetuo, vt fordescant, & profus steriles reddantur, dumis & sentibus obfita, carie vel rubigine exelæ, l. cum no- vissimi. de praeser. 30. vel 40. ann. Auth. agricultores, que res pign. obli. poss. C. Theoph. in §. 1. de vsuca.

Fertus assiduo si non renouetur aratro,

Nihil nisi cum spinis gramen habebit ager. Ouid. 5. de Tristib.

Et Horatius Serm. 1. Sat. 3. tantum,

Neglectis vrenda filix immascitur agris.

Vnde inducta dicitur vsucapio bono publico, ne dominia rerum sub incerto fiat, l. 1. de vsuc. P. ¶ Secunda ratio personas respicit, vt metu, ne rebus suis priuentur domini negligentes, cogantur rebus suis animum intendere, & ex ferunt ad laborem optimo exemplo diligentiorum prouocentur, & ad propriam naturam reuocentur: cum hominibus lex constituta, in sudore vultus tui videris pane tuo, Genes. 3. ca. Et fertur quidam Ephesinus legislator, legem vsucapionis tulisse ea sola ratione, ad sustandam miserorum segnitiam, c. vigilans, de praeser. Quemadmodum & Iustinianus alia propemodum simili firmat, vt sit differentia inter defides, & diligentes, l. vt perfectius, C. de annal. except. Et Solon etiam, in negligentes & legnes multam & poenam constituit, auctore Plutarcho in Solon. Et Gellius refert lib. 4. c. 12. apud Romanos quoque censoria nota punitos, qui indiligenter agros suos coluissent, & passim fuisse vineas suas fordescere. Fertur tritum illud, diligentibus non negligentibus iura subuenire, l. pupillus, qua in frau. cre- dit. P. ¶ Tertia ¶ pertinet ad minuenda negotia, ad lites & contro- uersias sopiendas, pene immortales, si liceret post longum aut longissimum tempus res repetere ab aliis bona fide excultas. Ira, & vt sit litium finis, approbata est, l. si pro suo, in P. l. 2. de aqua plu. arc. Vocat ideo vsucapionem Cicero, finem sollicitudinis, Cic. pro Cae- cina. Nam lite carere, certe pars beatæ vitæ mortalis est: si credamus Martiali, lib. 10. Epig. epig. 47. dum ait,

Vitam que facium beatiorum,

Incurdissime a Martialis, hec sunt:

Res non parva labore, sed relicta:

Non ingratus ager, focus perennis,

Lia nunquam, rogata, mens quæta, &c.

Neq; vsucapio sola, sed alia pleraque minuendarum litium causa inducta sunt, etiam contra strictam disputandi rationem, vt transactio, l. fratris, de trans. C. Heremodiciam, l. properandum, C. de iudic. & alia plura, §. item verborum, de inutil. stipul. clem. dispen- diosam, de iud. c. finem litibus, de dolo & contum. Est enim principa-

lis cura & fines legislatorum, lites minuere vel extinguere, l. 1. de nouo Cod. fac. C. §. 1. de poena rem. litig. ¶ Quibus ¶ ductus non pos- sum probare eorum sententiam, qui putant contra naturam vsu- capiones introductas esse: parum enim mihi videntur officere dua- rationes in eas coniectæ: quarum prima, Naturalia sunt immutabi- lia iure ciuili, §. sed naturalia, de iure nat. l. eas de c. dimini. P. §. si. de legit. agnat. iur. l. 2. §. si de vsufr. ear. rer. que vsu conju. P. at domi- nia sunt de iure gentium, inquit, l. 1. de acq. poss. l. ex hoc iure, de iust. & iur. Ergo auferri non possunt dominis per vsucapiones, quæ iuris ciuili sunt. Altera ratio est, quod iure naturæ æquum non sit, cum alterius damno locupletari, l. nam hoc natura, de con- dit. indeb. P. l. iure nature, de reg. iur. P. c. locupletari, eo in 6. Etenim prior argumentatio sic tollitur. Et quod fallum sit dominia esse iuris naturalis. Nam iure naturæ omnia communia, & iure ciuili hoc tuum, hoc meum, c. quo iure, 8. dist. veruntamen nihilominus iure gentium ex consensu videlicet gentium distributa dominia. Sed eadem ratione, qua iure gentium visa est iusta distributio do- miniorum, eadem visa æquissima est conseruatio & translatio ab vno in alium. Alioquin frustra de contractibus translatis domi- nii disputaremus. qui & iurigenium dicuntur, l. iurigenium, de pact. l. ex hoc iure, de iust. & iur. Adde nihil tam æquum esse natu- ra, quam voluntatem domini in alium rem suam transferre vo- lentis, ratam haberi, §. per traditionem, de rer. diuis. qui autem rem suam patitur vsucapi, alienare sponte videtur, l. alienationis, de ver. sig. Sed non potest, inquit, alienatam & vsucaptam repetere, ve- rum, vnde tamen damanda vsucapio: cum non liceat peni- tere, nec in aliis modis transferendi domini. Locupletari autem cum alterius iactura vsucapientem, negamus: nam & primam rem pro derelicto habuisse videtur, qui tandiu passus est rem suam ab alio possideri, & res reddisse in pristinam communitatem videtur, vt possit esse tanquam nullius prius occupantis, vt ante diximus, §. c. 1. de iur. in titulo pro derelicto. Et indignus est priuilegio do- minii, qui eo abutitur, c. priuilegium, in q. 3. ca. tuarum, de priuileg. Neque quisquam sani iudicii responderit, poenam delinquenti- bus impositam, dici debere legem: quia ea qui puniunt, melior redditur, l. si pana. 20. de poen. in P. l. 1. C. ad leg. iul. refer. & eius ex- emplo plures, l. capitalium, 28. §. famulos, de poen. in P. Docuimus autem alibi, leges, oriofes, & res suas contententes, poena dig- nos, in criminibus extraord. Neq; iustor possit esse poena, quana vt per rerum ademptionem, in quibus quis peccauit, pleatur, Sapient. 11. l. si fugitiui, 3. C. de pan. dignique insuper improbi, qui & suis priuentur, & fame pereant, l. bona fides, de pos. P. Etenim & simi- les negligentes cani olitoris, qui nec caules comedit, nec finit alios comedere: & hi neque colerent res, nec si- colere diligentes.

DE SVCCSSIONIBVS CONVENTIONALIBVS, LIB. XLI.

De successione & hereditate in vni- uersum. CAP. I.

- 1 Libri 41. ad superiores continuatio.
- 2 Voluntatis vltima sanor & effectus.
- 3 Testamenta impleri debent. & principali & pontificali auctori- tate.
- 4 Testamentum iuris publici, & lex formissima, voluntas vltima.
- 5 Successor & successio quid. Item heres quis dicatur, & vnde.
- 6 Successio quomodo deferretur heredibus.
- 7 Successionum ex voluntate morientium quatuor species, ex con- tractu, epistola testamento, codicillis.
- 8 Intestati successio ex presuntia defuncti voluntate deferretur.
- 9 Heredes habere mortuos, quare illorum inseresit.
- 10 Hereditatis diuisio in testamentariam, legitimam, & honora- riam.
- 11 Hereditatis finis, & num plus ius, quam res respiciat.
- 12 Hereditas successu mortui, non viuentis.
- 13 Heredis appellatio latissima, & bonorum possessor quando dicitur heres.

DE negotiis, ¶ que inter se gerunt homines vinen- tes, & quæ pendente illorum vita sortiantur effe- ctum & robur, superioribus istius tertie partis Syntagmatis libris dictum esse abunde videtur. Nunc dicendum est de negotiis, quæ post mortem ex vo- luntate mortuorum in iure celebrem & difficilem plerumque habent questionem. Tanta enim est immortalis anime in mortali corpore dignitas, vt post corporis interitum proteget imperium, & reliquias cogitationum reliquat. Nihil est, vt ait Constantinus Cæsar, l. 1. C. de sacros. eccles. quod magis hominibus debeat, quam vt suprema voluntatis, postquam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licium quod iterum non redit arbitrium. ¶ Voluntas ¶ tamen ex eo tempore pendet, quo anima corpori iuncta est: sed effectus ad tempus, quo soluitur illa coniunctio, differunt, l. 1. de testam. in P. Et quia fati in humanum est visum, vitios quidem suam totam familiam a se alienare posse, morientibus autem ad- mittere huiusmodi licetiam: relicta eadem morituris potestas, quæ victuris permilla, §. fin. de lege Enf. Cui. toll. apud Iustinian. Et lege 12. tab. cautum, Cic. 2. de inuen. l. verbis legis, de verb. sig. l. 1. ad l. Falc. lib. 35. P. in 2. Paterfamilias super familia pecuniæ sue legat, si non esto. Alioquin vt dicebat Plat. 10. de leg. Horrida res, si mea mihi non liceret